judicio compareat, tum addita clauſula hoc ipſum temperatur. N. N. hie zugegē erſcheinet doch citra revocationē conſtitutionis ſive mandati: cujus clauſulæ uſus hic eſt ne per illud factum ſuum videatur animum mutaſſe, atque ita mandatum forte expiret.

De perſonis procuratorum hodie quæſtio ulla eſt: nam eo ipſo quod non niſi certus numerus eſt procuratorum in bene cōnſtitutis judiciis, inde perſonæ eorum probatæ cenſentur, ut contra eas excipi non ſit opus. Atque hæc ipſa cauſa eſt, quod propter probatam perſonæ fidem indiſtincte ad agendum admittuntur, ſub cautione de ratio. Diximus autem ſupra, conſtitui procuratorem vel apud acta vel per legitimam ſcripturam ein Vollmacht. Scriptura illa à parte actoris nominatur etiam actorium, etſi nomine pupillorum, forte agatur, etiam requiritur Curatorium ein Schein daß einer Vormunder ſey. Porro mandatum vel generale eſt ad omnes cauſas præſentes & futuras, ubi requiritur, ut ita ſcriptum ſit: In allen Sachē die ich an ſolchem Gericht an jetzo habe oder künfftig haben werde. In mandato ſpeciali ſatis eſt illam unicam cauſam ſpecifice eſſe repreſſam. In mandato ab Univerſitate aliqua dato, quod ſyndicatum appellamus, opus eſt addi: daß ſolches gemeiner Stadt vel der gantzen Gemein/ ſo unter dem Glockenſchlag zuſammen beruffen/ Meynung ſey.

In omni porro mandato requiſita ſunt hæc de ſubſtantia, quorum uno deficiente mandatum reiicitur his verbis, Iſt Beſcheidt/ daß ſich der N. beſſer zu der Sachen als noch beſchehen legitimiren ſol.

Primo ergo neceſſaria eſt expreſſa mentio litis conteſtationis, juramenti calumniæ, &, ut aliqui volunt, etiam probationis, Deinde neceſſaria eſt ſubſtitutionis clauſula, einen oder mehr affter Anwald zu ſubſtituirn, cuius uſus eſt toties, quoties forte propter morbum, vel alias cauſas procurator ipſe in iudicio comparare nō poſſet, ne interea cauſa deſerta iaceat: Sufficiter etiā clauſula de revocanda ſubſtitutione. Solchen Gewalt wieder aufzuhebē. In fine ferè omniū maxime neceſſaria eſt clauſula ſatis dationis & cautiōis hypothecariæ. Was mein Actor oder ſein

vnd erſetzter Anwaldt/ꝛc. alſo handlen wird/ſolch verſprech ich ſtät vnd feſt zu halten / auch jhnen vnd ſeinen ſubſtituirten oder affter Anwaldt/aller Bürden der Rechten / (hoc eſt, ſatisdationibus judicio ſiſti & judicatum ſolvi) zuentheben vñ ſchadloß zu halten/bey Verpfändung meiner Haab vnd Güter / ſo viel deren hierzu von nöthen / *vid. Gail.* 1. *obſerv.* 51. *num.* 11. *Mynſing. cent.* 4. *obſer.* 99. Illud vero ſatis ex uſu ipſo judiciorum notum eſt, quod etſi in mandato mentio facta ſit caſuum illorum ſingularium quos recenſet author hic *num.* 37. *& ſeqq.* tamen adhuc ſpeciali mandato ad talem actum opus eſt, *vide Mynſing. cent.* 2. *obſer.* 26. *&* 53. *Gail.* 1. *obſerv.* 91.

Tertio inter præparatoria ſimile præcipuum eſt: oppoſitio exceptionis, quæ ſi notoria ſit, vel in cōtinenti poſſit probari tum, etiam ſi peremptoria fuerit non dilatoria, tamen proponi ſtatim in primo vel ſecūdo termino poteſt. 2. an litem conteſtatam, verbi gratia, exceptio rei judicatæ, vel tranſactionis, vel ſimilis aliqua ex earum genere, quas litis finitas nominamus propterea quia ſtatim oppoſitæ & probatæ litis ingreſſum impediunt. Hoc caſu igitur ita dictatur.

D. N. Beklagten Actor bringet ein dieſe Exceptio litis finitæ, Bittet einhalts dieſe Sachē dem hiebevor ergangenem Vrtheil vel auffgerichtetem Vertrag / welchen er hiermit in originali ſub lit. A. beſcheinen thut / bleiben zu laſſen/ vnd den muthwilligen Kläger in die Gerichtskoſten zu verdammen. Alter procurator petit copiam & terminum replicandi vel concludendi: plerunque vero ſi indagine altiore talis exceptio indigeat, verbi gratia, an jure tranſigi potuerit, tum tali exceptione non obſtante ita judex interloquitur: In Sachen N. contra N. iſt Beſcheidt/ daß Beklagte eingewandter Einrede vnverhindert/litem zu conteſtiren ſchuldig ſey/doch ſeynd jhnen jhre Exceptiones, ſo ſie deren vorzuwenden hetten/ hiermit per expreſſum vorbehalten / Hæc forma interloquendi crebior eſt, quia recepta in foro eſt eorum opinio, qui exceptiones peremptorias regulariter dicunt poſt litem conteſtatam eſſe oppo-

opponendas ex *l.C.de except.probat. Mynſ.1. obſ.24.Gail.1. obſ. 74.nu.3.contra Donellum in d.l.9.*

In dilatoriis vero quæcunque illæ ſint, duo notanda. 1.Quod ordinatione Cameræ *part.3.c.13 §.fin.* Hett aber der Antwort/rc. conſtitutum eſt, quod exceptiones illæ omnes ſimul & ſemel ſint proponendæ: & ſiquidem aliæ ſunt ſua natura poſteriores, hoc eſt, tales, quarum terminatio dependet ex determinatione priorum, tum illæ præponuntur in eventum, idque diſertè repetitum eſt, In dem Speiriſchen Reichs Abſcheid Anno 70, §.demnach & in viſitatione anni 29. in memoriali Aſſeſſorum §. Auff das ſonder. quod in jure communi ſecus eſſe rectè author docet, ut tantum liceat unam exceptionem ſucceſſive poſt aliam proponere *l.ſi quidem.C.de except.* idque etiam memini hic in dicaſterio ſæpe obſervari.

Secundo notandus eſt proceſſus in exceptionibus dilatoriis, quem diſertè definit ordin. Camer. *part.3.tit.24. & ſeqq.* ubi etiam hoc notandum in exceptionibus illis replicari, duplicari & concludi: ut ita unicuique parti tres termini ſint conceſſi drey Sätze hoc ordine. D.N. Beklagter vbergab ſein Exceptiones dilatorias, bath Inhalts/rc. D.M bath Copiam vnd Zeit der Ordnung (quid ſit zeit der Ordnūg/definitū eſt *in d.l.24* ſed id poſtea propter copiam cauſarum neceſſe fuit mutari in noſtro dicaſterio) D.M. bath copiam & terminum replicandi.

25. April. D.N. vbergab wider die jüngſt eingebrachte vntügliche Exception dieſe Wahrgründe replicas, bath Einhalts. D.M. batt Copiam & terminum duplicandi.

1. Maii D.N. vbergab duplicas & in eventum concluſiones. Hic jam adverſarius non petit terminum triplicandi, quia hoc diſertè ordinatio vetat, *d.part.3.tit.16 §.* Wo aber ideo ita dictat: D.M. bitt copiam, vnd nunmehr terminum concludendi.

18.Junii, Hic verò vel in ſcriptis vel oretenus mündlich vel etiam ſchrifftlich an ſtatt mündliches ſchlieſſens/judici cauſa utrinque ſubmittitur, ut judex ſe vel competentem vel incompetentem, vel alias ſuper exceptione oppoſita cognoſcat.

Hæc ita regulariter ſunt. Incidenter vero fieri poteſt: ut petatur ab una parte prorogatio termini: qui terminus, cum per ſe omnis terminus ſit peremptorius, & vero in Camera in tanta multitudine cauſarum, facile etiam hoc pacto iudici illuderetur, ideo ad prorogationem impetrandam requiritur, ut cauſa indicetur & ſimul aliquo ſaltem modo probetur hoc modo: D. N. zeiget an/ ob er wol die jüngſt ex adverſo einbrachte Exceptiones dilatorias vel andere Handlunge / dem Advocato cauſæ vberſchickt/ Auch zu jetzigem angeſetzten Termin gebührender Handlunge gewärtig geweſen / ſo hat jedoch wegen deß Advocaten Kranckheit oder verreyſen/ꝛc. ſolche Handlunge nicht können gefertigt werden / Bäthe derhalben eine geringe Prorogation. D M. wuſt jhn ſolches ſuchens anderſt nicht zu heelen / als daß dem Gegentheil terminus præiudicialis möchte præfigirt werden: vel: D. M ſagt daß ſolch ein bloß vnbegründt vorgeben ſey/ nur zu Verlängerung der Sachen gericht / accuſirt Gegentheils contumaciam, bitt terminum præiudicialem, vel die Sache vor beſchloſſen anzunehmen. D. N. ſagt daß er ſein vorgeben alſobald zu beſcheinen erbietig were/ geſtünde dem Gegentheil keines widrigen/bitt ſeinen Principalen nicht zu vbereilen/ſagt an ſeiner ſeiten als Klägers / am meiſten an Beförderung der Sachen gelegen.

Cum vero in prorogationem ut fere fit in inferioribus iudiciis, ubi termini non ſunt ita prolixi, conſentire adverſarius non recuſat, ita inquit. D. N war der gebettenen prorogation ſalvis expenſis zu frieden/ vel, wiewol dem Gegentheil jetzo zu handlen gebühret / ſo wolt er doch zum Vberfluß ſalvis expenſis zu frieden ſeyn. Salvis expenſis, inquiunt, hoc eſt, ut aliquando poſt victoriam cauſæ illas expenſas quæ in eiuſmodi terminis neglectis currunt, ſalvas habeant, vel etiamſi cauſam perdant in eas nō condemnentur, vnd werden hiernechſt in gerichtlicher taxation der expenſen oder der Gerichtskoſten ſolche expenſen abgezogen/qui eſt effectus huius proteſtationis. Quod ſi ab adverſa parte ſit præiudicium, tum is qui prorogationem petit, ſubiicere ſolet, Er bäthe wie zuvor/geſtünde keiner expens.

Quæ præterea de ſpeciebus exceptionis dilatoriæ dici poſſunt, ea non tam ad proceſſum dirigendum, quam ad ſcripta quæ ad protocollum exhibentur, offerenda, aliunde facile peti poſſunt. Exceptio quoque præſtandæ cautionis regulariter ante litem conteſtatam ventilari ſolet: ita quidem ut cautio de rato ſemper quidem ante litis conteſtationem expiare debeat *l.40 §. rati habitionis ff. de procurat.* Itaque in noſtro dicaſterio quoties ante litis conteſtationem in aliquo puncto ſubmiſſum eſt, ita fit interlocutio, In Sachen N. contra N. iſt zu recht Beſcheidt/ daß Kläger vel Beklagter D. N. zu folge geleiſter caution gnugſame Gewalt einzubringen ſchuldig ſey. Additur interdum præiudicium ſive comminatio procedendi in contumaciam. Ita cum præiudicio interlocutus eſt iudex nuper in cauſa der Botzmentiſchen Vormünder contra die gemein zu Schreckſbach. Sine præiudicio memini interlocutum 7. Jul. anni ſuperioris, in cauſa deß Stiffts Fritzlar contra Jörgen Potten.

Aliæ cautiones incidentes etiam poſt litem conteſtatam exigi poſſunt, ut cautio iudicatum ſolvi, quam à reo petit actor. Sic nuper 5. Febr. in cauſa Magdl. contra Magd. etſi rea ante annum iam conteſtatâ litem eſſet, quia tamen apparebat, poſtea eam facultatibus labi, petente actore iuſſa eſt cautionem iudicatum ſolvi præſtare auff 2000. Thaler/ quod exemplum rarum eſt & notabile. Cæterum in genere quando exceptiones dilatoriæ poſt litem conteſtatam opponi poſſint vide Mynſ. 4. *obſ.* 27. & *cent.* 2. *obſ.* 63. Gail. 1. *obſerv.* 52. *num.* 3. Zang. *de except. tit. de Except. d. loc.*

Forma proponendæ Exceptionis cautionis ad protocollum hæc eſt: D. N. vbergab zu forderſt dieſe Petition Schrifft pro præſtanda cautione, bath Beklagten/ wie darinne gebetten anzuhalten/ ubi adverſarius duo notabit. 1 an principalis ipſius poſſideat immobilia ubi convenitur. Nam hoc caſu in termino declarandi ita dictabit. D. N. ſagt wider die jüngſt einbrachte Petitiō Schrift/ daß dieſelbige vnerheblich / auch dieweil er dieſer Ort gnugſam begütet/ keiner caution von nöthen / ſonderen die Rechte jhn deſſen vberheben. Bittet derwegen

dem Kläger ſein ſuchen der Caution halber abzuſchlagen.

Poteſt etiam aliis modis contra hanc exceptionem replicari, in Camera quidem ſemper ſcriptis, verbi gratia in puncto præſtandæ cautionis bringe ich ein dieſe replicas. Atque ita ſicut in aliis exceptionibus dilationis utrinque tres termini conceduntur, ut ex ordin. *part. 3. tit. 24. & ſeqq.* eſt dictum. In aliis judiciis replicæ contra illas exceptiones breviter ad protocollum dictantur ipſæ, quod ideo facilè admittitur, quia hoc non pertinet ad merita cauſæ principalis, ſed tantum ad aſtringendum judicium.

Secundo notandus eſt cautionis modus, qui ex uſu judiciorum quotidie fit, non tantum fidejuſſoribus idoneis, ſed etiam pignoribus fieri ſolet, mit verſetzung Siegel vnd Brieff/die vber ein ſolche Summa/oder gröſſer ſagt/ als einem cautio aufferlegt iſt/ vide Weſenb. *in parat. ff qui ſatiſd. d. cog. nu* 7. Eo igitur caſu is à quo petita eſt cautio illa, ita dicta, dem Gegentheil die Maß zu geben erſcheinet allhier N. N. iſt vrbietig ſich mit der Bürgſchafft vnd cautionjudicatum ſolvi beladen zu laſſen/vnd dieweil er allhier geſeſſen/auch Gegentheil denſelbigen füglich nicht recuſiren kan/ſo bitte ich nomine principalis jhnen zu ſolcher caution zuzulaſſen. Hic alter vel cauſas adfert, cur iſte fidejuſſor non ſit idoneus, ſi quas habet vel acquieſcit & tum ita dictat: Ich laſſe der anerbottenen Cautionis fidejuſſoriæ halben geſchehen was recht iſt. Hic in protocollo ad medium paginæ ſubjici ſolet, Cavit. In arbitrio vero rei eſt ut caveat pignoribus itaque ſi inferat pignora, quæ plerunque ſunt Brief vnd Siegel/tum ita dictat: Auff Gegentheils jüngſt beſchehen begehren (vel ſi per interlocutoriam juſſus eſt præſtare cautionem) jüngſt gefälleten Beſcheidt gnugſam zu thun/ bringe ich ein dieſe Brief ſub numero 1, 2, 3. (ubi melioris cautionis loco utile eſt initia & fines illarum literarum ad protocollum ſimul dictare, ut ſi forte literæ illæ amittantur vel mutentur, de eo poſtea tanto certius conſtare poſſit.) Bitt nunmehr als nach geleiſteter gnugſamer caution Gegentheiln ad procedendum anzuhalten/ vel: den Gegentheil ob er nicht ruhen wil/zu ferner

ner Handlung anzuweiſen. Hic verò quia ambigua res eſt talis cautio, quia ſæpe parum cautum eſt adverſario, utile eſt ut alter procurator petat copiam & terminum declarandi, quo ſcilicet re bene deliberata cautionem talem recipiat vel recuſet. Ubi ſi forte partes ſe ſubmittunt, judex rurſus per interlocutoriam definiet, an ſufficiens cautio ſit necne. Ubi & hoc peculiare eſt, quod literæ ita pro cautione in judicio oblatæ in originali apud acta ſervantur, quod in aliis documentis, quæ forte probandi cauſa afferuntur, ſecus eſt, ut dicemus *c. ſeqq.* Hoc generale, quod quotieſcunque & qualeſcunque literæ in judicio proferantur, hoc ſpeciale additur à proferente: Ich bitte den Gegentheiln ad agnoſcendum ſubſcriptiones & ſigilla anzuhalten / ubi ex ordin. Cam. ſtatim in proxima audientia circa finem coram aliquot Aſſeſſoribus talia documenta agnoſcenda ſunt vel diffitenda. Agnoſcendi ratio hæc eſt, Ich laſſe die einbrachte documenta ſub num. 1. &c. cum ſubſcriptionibus & ſigillis bona fide zu / nihil tamen approbando contrarii contenti. Alter ſubiicit, Ich nehme jetzt geſchehene agnition utiliter an. Quando vero documenta illa vel in ſubſcriptione vel ſigillis defectum patiuntur, vel alias prorſus ignota ſunt vel ſuſpecta, tum illas cauſas breviter ad protocollum dictat. weil das document ſub numero 1. & 2. kein Siegel / ꝛc. So weiß ich daſſelbige nicht anzunehmen oder zu agnoſciren, Bitte ſie zu verwerffen / & hic quoque excipiendo, replicando, cõcludendo uſque ad interlocutionem iudicis proceditur. Et quidem ſi quis vel non agnoverit documentum, quod agnoſcere debuit, vel in agnoſcendo contumax fuit, iudex ita interloquitur, Seind die einbrachte documenta ſub numero 1. & 2. ex officio vor bekandt angenommen / vnd ferner Beſcheidt / vel ſi iudex ipſe videat allata documenta ſuſpecta eſſe & vitioſa, tum ita: In Sachen N. contra N. iſt das einbracht document als mangelhafft von den actis verworffen. Et quidem hæc ita in puncto cautionis etiam Spiræ obſervantur / in puncto tamen probandi, quia ſæpe periculoſum eſt Zahlbücher / wichtige Briefe vnd Siegel fern vber Land zu ſchicken / decernitur

in eo caſu commiſſio, *ut docet ord. Cam. part. 3. tit. 5. & receſſ. viſitat. Anno 73.* §. mit was Gefahr / *quod idem repetitum eſt in Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 79. fol. 13.*

Refert author inter præparatoria iudiciorum etiam ferias ea ratione, qua diximus *c. praec.* terminum parendi in ferias incidentem non facere locum contumaciæ partis, quæ in feriis etſi velit comparere, non poteſt. Illud uſu tritum eſt, quod feriis ſolennibus ob cauſam divinam inſtitutis renunciari ne quidem partium voluntate poſſit, ut notat Gail. 1. *obſ. 53. num 26. & ſeqq.* Aliis ob cauſam profanam inſtitutis renunciari poteſt, idque fieri ſolet in cauſis matrimonialibus, & aliis quæ celerem determinationem deſiderant. Vide Menoch. 1 *de arb. jud. quaſt. cap. 30 num.* 11. In tali renunciatione ita dictari ad protocollum ſolet: D. N. zeiget an / demnach dieſes ein Eheſach / ſo wolt er hiermit feriis renunciirt vnd Gegentheiln terminum procedendi immittelſt anzuſetzen gebeten haben / reſpondet alter vel abnuendo. D. M. ſagt wider jetziges vorbringen generalia, vñ demnach er in vorſtehenden feriis Ehehaffter Vrſachen zuverreyſen hett / vnd alſo die Gegennothturfft in deſſen nicht verfertigt werden köndte / ſo bäte er einen gewöhnlichen Termin poſt ferias anzuſetzen. Hoc propterea notandũ, quia cogi non poteſt, ut feriis illis renunciet, quia ſunt ex diſpoſitione legis. Si vero velit ſimpliciter aſſentiri, ſubiicit: Er ſey vmb beſſerer Befürderung der Sachen / deß beſchehenen Begehren zu frieden / wolle hiermit gleichſals feriis renunciirt haben. Iſtæ renunciationes diſerte ad protocollum notandæ ſunt, ad evitandam nullitatem. Porro quæ feriæ ſint in Camera, cognoſcitur ex ord *part. 2. tit.* 33. ubi notanda eſt differentia dicaſterii noſtri & cumulatio feriarum. Hic quidem feriæ ante paſchales incipiunt dominica ſecunda ante paſcha, & à 7. Septemb. itidem feriæ ſunt uſque ad 26. vel circiter eiuſdem, propter viciniratem Emporii Francofurtani. Spiræ vero poſt invectum Calendarium Gregorianum, proceſſus quidem & termini iuxta ſtylum veteris Calendarii, diriguntur. Cæterum quia diverſæ religionis ſunt iudices, ne alterutri forte conquerantur conſcientiis ſuis vim

fieri,

fieri, indultum eſt conceſſione Statuum Imperii, ut interea utriuſque Calendarii ferias obſervent donec de re tota inter Status Imperii conveniat.

Sequeſtrationis uſus permagnus quidem, eſt, ſed tamen proceſſus ipſius plerunque per ſeſe & quidem ſummarie ventilatur, *vid. ord. Cam. part. 3. tit. 21. §. fin.* & quia fere cum poſſeſſorio retinendæ cumulatur, ideo in ea totius proceſſus ſolemnia erunt obſervanda, eatenus quatenus in ſummariis obſervari ſolent. *vide authorem c. ult. & ord. Cam. diſerte diſponentem part. 2. in fin.* Sequeſtrationis vero requiſita, welche gemeinlich in einer articulirten Petition Schrifft pflegen vorgebracht zu werdē/ accurate comprehendit Mynſing. *cent. 2. obſer. 11. vide & Gail. 1. obſ. 147. & ſeqq.*

Frequens uſus eſt interventionis, cum duo forte litigant, atque tertius etiamſi citatus non ſit, pro ſuo tamen intereſſe ſibi interveniendum putat: vide Gail. 1. *obſer. 70. nu.* 1. ubi interventionem tertii regulariter permiſſam eſſe ait, & rationem adfert *cap. 19. & 27.* Dixi regulariter, quia ut interventio ſit legitima, oportet eandem eſſe cauſam (etiamſi non neceſſe ſit eſſe idem iudicium: ſic petenti poſſeſſionem à ſecundo, poteſt intervenire tertius, qui rem vindicet, ut ſingulariter notat Mynſing. *cent. 2. obſ. 1.*) Item oportet intereſſe probari ſaltem ſemiplene, *Gail. d. obſ. 70. nu. 23. Mynſ. d. obſ.* 1. Illud non intereſt, an ante vel poſt litem conteſtatam interveniat, ut diſerte tradit Gail. *d. loc. num.* 4. Unde interventio videbatur rectius ad incidentia iudiciorum communia referri debuiſſe: qualia ſunt ea quæ *par. 2. c. ſeq. author tradit.* Cum vero legitima eſt interveniens, arctatur iiſdem terminis, quibus principalis, nec forum declinare poteſt, ſed cauſam animo acceptare cogitur in eo ſtatu in quo eam reperit. *d. obſ. 71. n. 4. & ſeqq. multis*, non tamen tenetur libellū edere, ſed in Camera edit articulos interventionales. In noſtro dicaſterio ſimpliciter repetit libellū actoris, vel exceptionem rei, una cū deductione ſui intereſſe, welches in einer kleinē Schrifft geſchehē kan. Intervenietis vero procurator ita ad protocollū dictat: Dēnach hiebevor A. Proceß außbracht contra B. Vnd aber N. N. wegen ſeines mercklichē habenden

den intereſſe Nothturfft erfordert / mit in lite zu ſeyn / ſo vbergebe ich (cum legitimatione perſonæ ſolito more) dieſe articulos interventionales, Bitte die im Rechten zuzulaſſen / vnd das Gegentheil darauff zu procediren anzuhalten. Vel ſtylo noſtri dicaſterii, vbergib dieſe deduction oder Petition Schrifft pro ſuo intereſſe iſt vrbietig die Sach in dem Standt / ſo ſich jetzo erhält / zugleich ſich mit Klägern oder Beklagten anzunehmen. Hic principalis uterque copiam & terminum declarandi petunt: in quo ſi cauſa eſt dubia, tanquam in principio interventionis excipitur, replicatur, ſicut in aliis dilatoriis, & concluſione præmiſſa interventio vel à judice admittitur vel reiicitur, & illud quidem frequentius, tum propter juris permiſſionem, tum quia nemo præſumitur ſine cauſa ſuum iactare. Interlocutionis in priori caſu forma hæc eſt: In Sachen N. contra N. ſind die einbrachte Interventionales tertii von Amptswegen verworffen / doch ſo tertius Klägern oder Beklagten Anſpruchs nicht erlaſſen wolle / Iſt jhm ſolches Rechtlich zu thun / hiemit vorbehaltẽ. Admiſſa vero interventione, interveniens in omnibus terminis repetit illius partis receſſus à qua parte intervenit, alterius vero partis receſſuum petit copiam & terminum. Ita fieri poteſt ut in una eademque cauſa ſæpe tres, quatuor & plures procuratores agant, ut in dicaſterio in cauſa Witgenſtein contra Winnenburg / ubi interveniendo agunt Virmundt vnd Wienter.

Interrogationes de quibus hoc loco agitur, quantum ego memini, inter præparatoria rariſſimè frequentatur: quia in locum interrogationum veterum, ſucceſſerunt poſitiones & articuli à parte quidem actoris, poſitionales, additionales, & ſuperadditionales, & Eliſiuorum Eliſiui, de quibus omnibus *cap. ſeq.* Vide Gail. 1. *obſerv.* 79. quorum omnium uſus, non tantum ut diſtinctè poſtea fieri poſſit probatio, ſed multo magis ut eliciatur adverſarii confeſſio. *Mynſing. cent.* 5. *obſervat.* 58. *num.* 2.

Atque ita ante litem conteſtatam, nunquam habet locum interrogatio, Eſt tamen in arbitrio iudicis ad inſtantiam alterius partis, ſi æquitas poſtulaverit interrogari

rogari alterum. vide Menoch. *lib. 2. de arbit. jud. quaſt. caſ.* 51.

Mutatio libelli, de qua attigimus capite præcedenti, vel ſimpliciter ad protocollũ dictatur, ſi forte error eſt in nomine vel circumſtantia: ſi gravius erratum fuerit, exhiberi poſſunt articuli correctionales, quamvis propter proceſſum non intricandum, & calumniam adverſarii evitandam, melius eſt ab initio pauciores poni articulos, & reliquum poſtea referre ad articulos additionales. Interdum cum poſt litis conteſtationem nimis multæ correctiones proponuntur, poteſt iudex eas ex officio reiicere, & damnato actore in expenſas reo refundendas, terminum libellandi de novo præfigere.

Reconventio proprie ita dicta & ipſa recte inter præparatoria recenſetur, quia inſtituenda eſt ante litem conteſtatam, atque ſic ante cœptum iudicium, ut conſtat ex *cap.* 1. *& tit. Ext. de mut. petit.* Etſi ſpeculator *tit. de reconvent. §. ſequitur* etiam poſt litem conteſtatam recipiendam velit, quod Marant. *part.* 4. *diſt.* 6. *n.* 1 *&* 6. catenus concedit, ſi ſtatim poſt litem conteſtatam libellus reconventionis exhibetur. Ratio eſt *in d. cap.* 1. ut utraque cauſa conventionis & reconventionis viciſſitudine iudiciorum pertractari poſſit. Utraque via ſed tamen diverſimode approbatur in ordin. Camer. *part* 3. *tit.* 30 Siquidem ante litem conteſtatam exhibetur reconventio, ſervatur illa viciſſitudo terminorum, daß darauff gleich procedirt, vnd ein Termin vmb den andern gehandelt wird. *d. cap.* 1. & ne continentia cauſæ decidatur, Si vero poſt litem conteſtatam reconvenire actorem quis velit, recipitur quidem illa reconventio, ſud non pariter in ea proceditur, adeoque nec pariter terminatur. Priore caſu ſententiæ ita ab initio concipiuntur, In con- vnd reconvention Sachen/ꝛc. Porro reconventio etiam regulariter locum habet coram paribus curiæ. *Gail.* 1. *obſervat.* 1. *num.* 57. modo cauſa reconventionis ſit feudalis. ut notabiliter limitat Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 90. plurimi tamen ſunt caſus quibus non admittitur, quos recenſet Socinus *in ſuis regulis & fallent. regul.* 142. *per totum.*

Omiſit

Omiſit tamen eo in loco cauſam injuriarum, in qua locum non eſſe reconventioni vulgo receptum eſt, donec judicium principale terminetur *per text l. pen. C. de injur. l. 27. C. de lib. cauſ. vide Ioann. Fab. ad § pen. de injur.* Et controverſas aliquot Exceptiones vide in 1. *part. diſputationũ noſtrarum diſp. 25. theſ. ult.* Modus introducendi in termino parendi litis conteſtandæ, vel etiam iuridica proxima ſequente talis eſt: Jch bringe ein dieſe wolgegründte reconvention Klag / Bitte N. jetzo reconventum darauff der Gebühr zu procediren anzuhalten. Hic alter petit copiam & terminum declarandi vel contradicendi, & in illo termino vel contra reconventionem dilatorie excipit, ut in cauſa injuriarum, atque ita replicando, duplicando, concludendo ventilatur: an talis cauſa ſit in qua reconventio locum habeat, atque tandem interlocutione iudicis deciditur: vel ſi nihil tale excipiendo obiicere poteſt aut velit, tum in illo termino in cauſa reconventionis litem ſolito more conteſtatur, vnd werden alsdañ hinförderſt die termini zu handlen utrinque angeſetzt / *juxta d. tit* 30. Impropria vero reconventio, quæ compenſatio dicitur, per modũ Exceptionis proponi ſolet, idque tum demũ quando debitum eſt liquidum & tale ut compenſationi locus eſſe poſſit. Eaque exceptio peremptoria hodie in omnibus locum habet, *confer. §. in bonæ fidei 27. Inſt. de act. & l. ult. Cod de compenſ.* Depoſitũ tamen propter exuberantiã bonæ fidei & cauſam momentaneæ poſſeſſionis propter quam moram non fert, hanc exceptionem nõ admittũt. *confer. l. 23 depoſiti. & ad l. ult. C. compenſ.* In commodato vero nulla ratio iuris eſt, quæ nos prohibeat compenſatione uti, ideoque communem hanc opinionem teſtatur. Soarez *in comm. opin. lit. c. num.* 149. etſi non ignorem contrariam opinionem Accurſii *in d. l. ult.* ex errore typographico commodati pro commendato ortam, ipſam quoque communem dicit Villalob. *num.* 113. *lit. e.*

Irregulariter evenit, ut etiam ante litem conteſtatam eſtes examinentur, idque ad perpetuam rei memoriam, ne alicui ſuæ probationes deficiant, *Gail. 1. obſerv. 92. nu. 2. & obſerv. 102. nu. 9. Mynſ. cent. 1. obſerv. 18. & cent. 4. obſ.* 71. &

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369462-p0114-0

71. *& ſeq.* Hoc ipſum peti ſolet per modum ſupplicationis & ut obtineatur, cauſæ allegandæ ſunt. vel quod periculũ in mora ſit, vel quod peſtis graſſetur, vel ſimiles de quibus Gail. & Mynſ. dictis locis Mod⁹ proponendi eſt talis.

Ich vbergebe dieſe Supplication pro examine teſtium ad perpetuam rei memoriam. Bitt darauff commiſſion, citation vnd andere Rechtliche Nothturfft zu erkennen / Auch den Gegentheiln / ob er wolle / ad offerendum interrogatoria zucitirn. Hic vel altera pars recuſare hoc ipſum poteſt, ne inanibus ſumtibus vexetur, ſi forte cauſæ illæ tãti momenti non ſunt, vel etiam parte altera non comparente iudex per interlocutoriam petitã commiſſionem vel admittere ſolet vel reiicere. Si admittatur, tum adverſa pars à Commiſſario maturè ad offerendum ſua interrogatoria citatur: cui citationi inſeritur clauſula arbitraria, ob er wolle. Itaque citatio illa reum non arctat, qui ſi in termino commiſſionis ſive recipiendorum teſtium, interrogatoria non offerat, nihilominus Commiſſarius teſtes audit. Audit autem illos ſuper articulis quos exhibuit is, qui talem commiſſionem impetravit: quorum articulorum copia una cum illa quam dixi citatiõe reo tranſmittitur, ut ad illos articulos ſua interrogatoria, ſi velit formare, & Commiſſario ad teſtes etiam ſuper illis interrogatoriis audiendos exhiberi poſſit.

## Ad Caput. XXXI.

Litis conteſtatio ingreſſus quaſi judicii ordinati, & primus actus ſubſtantialis quando fieri debeat jam ſupra attigi, & deſcribitur *in ord. Cam. part. 3. tit. 13. §.* Vnd nach dem. A parte rei in termino ſecundo principali ita fieri ſolet: Animo litem cõteſtandi negativè bin ich der vorbrachten Klage nicht geſtändig / ꝛc. Sicut diximus cap. præced. in eo caſu, quando reus exceptiones dilatorias nullas proponit, ubi retulimus nos ad *ord. Cam. part. 3. tit. 13. §.* Vnd nach dem ſie biſzher.

Antequam verò dicamus quid actor poſt talem litis conteſtationem ad protocollum dictare, & quomodo proce-

procedere ſoleat, prius quædam ad litem conteſtandam pertinentia ſunt addenda. Primo liberum eſt reo, litis conteſtationem offerre in ſcriptis, & cum ea ſtatim conjungere ſuas reſponſiones, de quibus poſtea. Item fieri poteſt litis conteſtatio in eventum, quæ hinc nominatur eventualis. Uſus ejus duplex eſt, Primo ſi una cum eventuali litis conteſtatione exhibeat exceptiones etiam irrelevantes, iis poſtea amputatis, non poteſt condemnari in expenſas, Quia eo caſu poterat actor, exceptionibus illis non exceptis, vel ſaltem generaliter ſuper illis concludendo, petere, ut judex eventualem illam litis conteſtationem acceptare pro pura, & terminum ulterius procedendi præfigere velit. Secundus uſus eſt in eo caſu, ſi forte reus ſperet exceptionum dilatoriarum ſibi adhuc futuram copiam. Hæ enim cum ex hypotheſi communi ante litis conteſtationem regulariter proponi debeant, per illam eventualem litis conteſtationem illi poteſtas reſervatur ut interea adhuc ſine contradictione adverſarii poſſit quaſcunque dilatorias proponere donec eventualis illa litis conteſtatio pro pura habeatur. Tertio notanda eſt regula: quod per ſolam quidem negationem rei ad libellum fiat litis conteſtatio. *per alligata autoris hic n.5.* tamen notandum eſt, non omni negatione fieri litis conteſtationem, ut, ſi reus, forum declinando neget narrata libelli vera eſſe, tum enim quia ex proteſtatione de non conſentiendo, niſi quatenus & in quantum diſertè colligitur, quod animus litis conteſtandæ deſit, & negatio illa obiter tantum fiat **zum Vberfluß**. *vide Mynſ. obſervat.49. cent.4.* Idem eſt, ſi reus proteſtatur, quod per negationem nolit litem conteſtari *Mynſing 3. obſerv. 31.* Quæ ipſa tamen proteſtatio non tenet, **wann die** litis conteſtation **durch ein Beyvrtheil dem Beklagten allbereit aufferlegt iſt.** Quartò. quia judicium ſine litis conteſtatione nullum eſt, ideò ſatis apparet, eam omitti non poſſe: niſi in illo caſu, ubi libello opus non eſt, & ubi de ſimplici & plano proceditur, ſive id fiat ex natura cauſæ, ſive ex forma ſtatuti. Itaque notandum eſt pro declaratione ſtatutorum, in quibus tantum proceſſus de pla-
no

no vel omiſſionis libelli fit mentio: ratio eſt, quia litis conteſtatio ſemper refertſe ad libellum, *confer. Mynſing. cent. 3. obſerv. 64. Gail 1. obſerv. cap. 76. num.* 4 quo capite & alias quaſdam limitationes ponit, quà itercunque autem facta litis conteſtatio ita veſtigio actor porro procedit: Lite negativè ordinatè, Bitt ich mich ad probandũ zuzülaſſen. D. N. ließ ſalva probatione contraria & omnibus beneficiis juris geſchehen was recht wer. Judex ließ zü. Ibi actor pergit: Ad probandum admiſſus repetire ich loco poſitionalium. (An ſtatt der Sätzſtück) die articul der hiebevor eingebrachten Klage (vel ſi libellus fuerit ſummarius, vbergebe ich dieſe articulos probatorios, ſage dieſelbige/ſo viel deren eigner Geſchicht/ wahr/ ſo viel deren frembder Geſchicht glaub ich wahr ſeyn/ bitt nunmehr den Gegentheilen der Gebühr Rechtens richtig vnd vnverſchlagen durch die Wort credit vel non credit ſingulariter ſingulis zu antworten anzuhalten.

Hic primò notandum, ideo reſponſiones receptas eſſe, ut ſciat actor, qui ſibi propriè probandum ſi nec ne. Et videtur hoc ipſum in locum interrogationum veterum, atque inde deſcendentis actionis interrogatoriæ ſucceſſiſſe. Quod vel Vigel. notat *in meth. oſerv. Cam. libr. 2. cap.* 14. Item differentia inter poſitiones & articulos notanda, quam hic ex Gail. *lib. 1. obſerv.* 99. author tradit. Hic vero liberum eſt reo, vel ſtatim & incontinenti reſpondere, vel reſpondendi terminum conſuetum petere, *confer. ord. Cam. part. 3. tit.* 14. & 15. In illis reſponſionibus producendis ita dictatur: Ich bringe ein dieſe reſponſiones jedoch ſalvo jure articulorum impertinentium & non admittendorum. Cujus clauſulæ effectum geminum explicat author hic *ad num. 26. tit* 31. D. N. bath der einbrachten reſponſionum copiam vnd terminum contra reſponſiones excipiendi vel probandi.

Reſponſiones porrò niſi fiant, tum actor accuſat rei contumaciam, petit articulos pro confeſſatis haberi & ſubmittit. Cujus rei effectum explicat author infra *poſt num.* 37. quod in cauſis criminalibus nunquam fit, etſi in contumaciam non reſpondentis fiſcalis admittitur ad

probandum. Cujus rei ratio eſt, quia cum judex pro confeſſatis accipit, illud fictam ſaltem probationem inducit: at vero in criminalibus non ex fictis probationibus, ſed ex luce meridiana clarioribus damnandus eſt reus. Qui obſcurè reſpondet æque pro confeſſo habetur, *Gail.1.obſervat.82.num.2.cum.5.ſeqq.* Unde quæſitum eſt, ſi recenſio rei ad aliquem articulum facta referat ſe ad aliquod inſtrumentum, vel ad acta, verbi gratia, Credo prout in actis vel in tali inſtrumento habetur, an illa reſponſio obſcura vel ſufficiens ſit? Et admitti eam placet, ſiquidem ſpecificè ſe ad aliquid referat, & in eo ipſo ad quod ſeſe refert poſitio contineatur Gail. *d.obſervat.84. Mynſing.16.obſervat.86. & 6. obſervat.81.* Et quia reſpondendum eſt pure ohn Anhang/ ſæpe fieri ſolet, ut ſuper reſponſionibus ideo exceptionis non ſufficientium reſponſionum formentur, replicetur, concludatur, atque per interlocutoriam judicis diſtinctè reus jubeatur reſpondere: Daß er auff die vnd die articul beſſer als geſchehen antworte/ daß er bey dem vnd dem articul die reſponſiones pro puris angenommen / vnd die Anhäng verworffen/*confer.ord.Cam.p.tit.15.* §. Zum andern die reſponſion betreffend & §. §. *ſeqq.*

## *De puncto probationis.*

Reſponſiones, ut diximus in eum finem à reo actor poſtulat, ut ſcire poſſit quid probandum ſit nec ne. Itaque lite conteſtata, & reſponſionum puncto determinato ſequitur præcipuus judiciorum conflictus in puncto probandi, quo pertinet in *ord. Cam.* quintus judicii terminus *part.13.ti.16.* Si res vel notoria ſit vel talis, quæ in continenti probari poſſit, quod tamen raro contingit, tum in ipſo illo termino probationis una cum eventuali concluſione ita poſſit fieri. Probando acceptirt man ex parte actoris, daß Beklagter dieſe articul lauter bejahet/ vnd zu völligem Beweiß der vbrigen/ ſo ſie wider ſein Gewiſſen verneint/vbergibt er actor dieſe verſiegelt vnd vnterſchrieben briefliche Vrkund / vnd dieweil auß deren Inhalt

Klägers Invention, wo nicht zum Vberfluß jedoch gnugſam beſcheinet wird/ Auch confeſſio rei, maxime cum inſtrumento publico adjuvatur, pro probata probatione zu halten iſt/ſo wil Kläger hiermit/ auff den Fall von Gegentheil Newrung verbleibt/ im Nahmen Gottes in Recht geſchloſſen/vnd zu Recht erkand haben.

D. N. ließ jetziges acceptirn auff ſeinen Vngrund beruhen / ſagt daß er dem Beklagten contra rei veritatem nicht præjudicirn könne/bath ſonſten deſſen vbrigen ſchrifftlichen vnd mündlichen Vorbringens copiam vnd terminum procedendi vel concludendi, vel Spiræ Zeit der Ordnung. Atque ita procedi debet in cauſis manifeſtis, neque aliquid nimiæ moræ adverſario indulgendum. De notoriis quando illa probatione indigeant vide *Mynſing. cent.6.obſ.3.* Alias fere ex intervallo ſolet fieri probatio, quod intervallum nominatur dilatio probandi ſcilicet. Itaque ſi actori nondum ſatis liqueat, quomodo principalis ipſius probare ſuam intentionem velit, tum ſolet petere dilationem probandi, vel in Camera acht Monatzeit/pro prima dilatione vide *ord. d.part.3.tit.16.in princ.* Etſi vero una tantum eſt dilatio in cauſis civilibus, tamen etiam ſecunda & tertia conceditur, tum quando is qui eam petit, leviter tantum impedimentum, cur hactenus probare non potuerit iudici commendat, ita tum dictari ſolet: wiewol ich mein Principaln vnd Advocaten cauſæ nothtürfftig erinnert/ der aber in S.G.F. vnd Herrn Geſchäfften ein lange Zeit verreyſen müſſen/ ſo proteſtier ich hiermit de diligentia, Bitt abermahls acht Monatzeit pro ſecunda & tertia dilatione zuzulaſſen. D. N. weil ſolches ein vnbeſcheinet vorgeben vnd der Ordnung zu wider/wuſt Beklagter nicht darein zu willigen/bott ſich ab inſtantia zu abſolvirn. D. M. Er wolt ſ. vorbringen hiermit in continenti mit ſ.g.f. vnd Herrn ſchreiben/welches er in originali vbergab/beſcheinet haben/bath wie zuvor: Hic adverſarius vel conſentit, vel ſi ad cognitionem iudicis ſubmiſſũ fuerit, is fere ſecundã & tertiã dilationem concedit per rationes iuris communis, quod arctari non debet quis in eo cuius

ipſi copia non redit. *Confer.ord.Cam.d.tit.*§. vnd ſo derhalben/ *&* §. was aber die dilationes probandi antrifft/ ꝛc. quarta vero dilatio non conceditur, niſi cum ſolennitate legali quam deſcribit Gail.*obſ.91.num.5.* *&* *6.* ultra quartam etſi nihil amplius eſt reliquum; tamen interdum cum eadem ſolennitate obtineri poteſt quarta dilationis prorogando, vide *Gail.6. obſervat. 91. Mynſing. cent.5.obſerv.72.* Atque hæc eadem circa dilationes obſerventur, quando teſtes nominati, & commiſſarius deputatus eſt, cæterum propter legitima impedimenta examen expediri nondum potuit, ubi differentia notanda & obſervanda inter judicium Cameræ & dicaſteria principum (In Camera, ſive per teſtes ſive per inſtrumenta quis probare velit, ſolet ab actore nominati commiſſarius, quem reus acceptare poteſt vel repudiare: ſi acceptat eum, jus habet adjungendi ei Notarium & ſimilem, qui inde etiam nominatur Adjunctus. Et quia commiſſarii ab actoribus nominati ſæpiſſime ſolent à reis repudiari, ideo tum cauſa pervenit in punctum, ut diſputetur ſub idoneitate commiſſarii, de quo judex decernit, & ſi idoneum reperit, ei cauſam committit ſalvo tamen reo manente jure adjungendi. Modus agendi ad protocollum talis eſt: D N. klagend actor in cauſa principali ernennt D. N. N. zu N. wohnhafft pro commiſſario bitte jhme commiſſion, vnd andere Nothturfft Rechtens zu dieſer Sachen zukommen laſſen. D.N. bath Copiam wolt ſich in acht Tagen vel circiter erklären. Si repudiare eum velit.

D.N. wüſt den pro Commiſſario vorgeſchlagenen nicht zuzulaſſen/ alldieweil er dem klagenden Herrn mit Dienſten verwandt/ vel ſi admittere velit.

D N. wolt den vorgeſchlagenen Commiſſarium hiermit angenommen/ vnd gleichfals jhm commiſſion, &c. ſalvo tamen jure adjungendi. Eſt & alia differentia quod judices ipſi vel Aſſeſſores Commiſſarii eſſe non poſſunt: propterea quia judicio abeſſe non niſi certo anni tempore prohibentur, *ord.Cam.part.1.tit.6.* In dicaſteriis etſi forte commiſſiones decernantur, tamen unus ex judicibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369462-p0120-3

bus & in cauſis pleriſque minutioribus Secretarius illius judicii conſtituitur Commiſſarius. Unde in dicaſteriis nunquam diſputatur de idoneitate Commiſſarii, quia illa diſputatio in effectu eſſet recuſatio judicis. Spiræ Commiſſario qui partibus placuerit judex commiſſionem facit communiter quidem inconſueta forma Zeugen abzuhören/den Augenſchein einzunehmen. Interdum quando propter remora forte loca non tutum eſt, inſtrumenta precioſiora & antiquiora tabellariis, committi, decernitur in forma optima, hoc eſt, daß der Commiſſarius Macht haben ſol/alle vnd jede briefliche Vrkunden/ ſo in ſolchen Sachen vorbracht werden in Originali zu beſehen/dieſelbige zu tranſmutirẽ oder tranſumiren zu laſſen/ꝛc. quæ inſignis eſt ampliatio ad *tit. 16. ex receſſibus viſitationis Anni 57. 73. &c.* In dicaſteriis quia ratio ejus rei ceſſat, non vidi hoc obſervari, ſed in puncto probandi procuratores inſtrumenta illa omnia vel eorum aliqua producunt: ſi omnia produxerunt, tunc ſimpliciter adverſarius petit terminum excipiendi contra probationes. Si quædam produxerint, tum ipſe producens petit ultimum terminum probandi, qui nihil aliud eſt quam ſecunda & tertia dilatio. Alias dilationum praxis in dicaſteriis parum frequentatur, ſed quia termini anguſtiores ſunt, ideo quidem, præſertim in probandi puncto, prorogatio termini conceditur: vel etiamſi adverſarius in Camera conſentire nolit, tamen iudicis interlocutione fere permitti ſolet. Spiræ articulis illius probatoriis ſemper additur directorium: unde dictari ſolet: Ich bringe ein dieſe deſignation vnd nomina teſtium cum directorio &c. quod in inferioribus iudiciis eſt arbitrarium. Commiſſione itaque impetrata iudex in inferioribus quidem iudiciis, Commiſſarii autem in iudicio Cameræ tanquam iudex ad recipiendas probationes delegatus: teſtis citant, quod in cauſis vulgaribus tantum fit durch Tageszettel. In iudicio vero Cameræ per citationem Commiſſarii ſolenniorem, & quia delegato non creditur, cum facti ſit eſſe aliquem delegatum, ideo commiſſionis ſibi à Camera factæ tenorem citationi teſtium

inſerit ſimul etiam utrique parti litigādi denunciatio fit termini, ad hunc finem, ut videant teſtes produci & iurare, daß die angegebene Zeugen mit dem gewöhnlichen Zeugen Eydt beladen werden/ vnd denſelbigen der Gebühr Rechtens leiſten. Quod ſi die ſtatuto teſtes non compareant, arctius citantur, nonunquam etiam ſub pœna pecuniaria *vide Gail.* 1. *obſ.* 100.

Si teſtes compareant, & reus, cui tamen denunciatum eſt, abeſſe deprehendatur, tum teſtes nihilominus iuramento obſtringuntur & audiuntur. Effectus enim illius denunciationis in eo potiſſimum eſt, ut interrogatoria ſua reus ſi velit exhibeat. Modus agendi ad protocollum ut hic: D. N. repetirt die erkandte Commiſſion, vnd demnach er hiebevor Zeugen angeben A. B. C. ꝛc. hie zugegen/ Auch dieſelbigen im Rechten zugelaſſen/ ſo bittet er nunmehr der Herr Commiſſarius wolle dieſelbigen zu heut angeſetztem Tage mit gewöhnlichen Zeugen Eydt/ welchen ſie zu leiſten hiermit erbieten thun/ beladen/ vnd das erkandte Examen ins Werck ſtellen. D N. ſagt wider jetziges vorbringen generalia, Wolte die Zeugen ferners nicht als ſalva probatione contraria ſalvis interrogatoriis & poſt examen exceptionibus contra perſonas & dicta illorum, zugelaſſen haben/ bath ſie für ſchwerer Straf deß Meyneydes mit Ernſt zuverwarnen (ſi dedit interrogatoria) auff dieſes ſeits einbrachte interrogatoria mit ebenmeſſigem Ernſt zu fragen.

Hic Commiſſarius teſtes in univerſum de vi iuramenti & atrocitate periurii admonet, quæ admonitio ferè in tribus capitibus conſiſtit: quod periurans peccet in Deum, abutendo nomine ipſius; in iudicem, quem falſo ſuo teſtimonio fallit: in proximum quem falſo teſtimonio aggravat. Hac admonitione præmiſſa iurare omnes conſueto modo iubet: poſſunt autem interrogatoria & ſolent fere ex parte rei exhiberi ſtatim cum teſtes ab altero nominati admittuntur hac forma: Ich laſſe der angegebenen Zeugen halben geſchehen was recht iſt/ Bringe hiermit ein dieſe Interrogatoria. Bitte die bey den articulis angegebene Zeugen hierüber gleichfals zuverhören. Interrogatoria

toria vero quid & quotuplicia ſint, ſatis hic explicat auth. *poſt n.60. adde Gail. 1. obſerv.115.*

Commiſſarius vero his ita peractis ſingulos teſtes ſeorſim examinat, eorum atteſtationes vel ipſe vel ipſius amanuenſis conſcribit; quod etiam facit adiunctus, de quo vide elegantem obſervationem hic poſt *num* 63. poſt examen illud omnium iudiciorum generale eſt, quod teſti imponitur ſilentium, adeoque ſub finem teſtimonii eius additur, **Iſt Zeuge hiermit / mit Aufflegung ſtillſchweigens** dimittirt. Teſtium dicta deſcripta & in mundum reducta in inferioribus iudiciis Commiſſarius, quem dixi eſſe unum ex iudicibus, ſuis collegis tradit, atque ita delegationis ſuæ officium deponit.

In Camera quia perſonæ Cameræ iuratæ non ſunt Commiſſarii, ideo moris eſt conficere rotulum examinis, in qua concipientur primo copia Commiſſionis, citationum factarum teſtibus, iuramenti Adiuncti & amanuenſis, deinde teſtimoniorum ipſorum. In fine eſt ſubſcriptio ipſius Commiſſarii & Adiuncti, atque ita ſub eiuſdem ſigillo ad Cancellarium Cameræ tranſmittitur. Sequitur publicatio teſtimoniorum quæ hoc modo ad protocollum ſolet peti. **D. N. demnach die angegebene Zeugen verhört/** vel in Camera **demnach** Commiſſarius cauſæ rotulum examinis **den Herren Richteren vberſchickt/ſo bitte ich** publicationem **v**.**d** copiam **vmb die Gebühr mitzutheilen.** Alter ſolet petere terminum declarandi. Atqui dices, cur non protinus cogitur conſentire publicationi petitæ? Reſp. *ex Nov.* 90. *cap.* 4. quia licet bis terve de eodem negocio teſtes producere. Itaque forte reus ad defenſiones ſuas probandas nominare poſſet plures teſtes, atque ita non expediret ei atteſtationes illas publicari, qui teſtimoniis publicatis amittis ius producendi teſtes ulteriores, *vide Eleganter Obrecht. in diſput. de probat. diſp.* 3. In termino vero declarandi ſi conſentire velit adverſarius, ita dictat: **D. N war der jüngſt** ex adverſo **gebettenen** publication **zu frieden/wolte gleichfals darumb gebetten/vnd** copias **zu geben / wie auch** terminum excipiendi cõtra perſonas & dicta teſtiũ **anzuſetzen gebettẽ habẽ.**

Si ſtudioſe forte adverſarius cauſam trahat, atque ſeſe declarare, nolit, tum actor repetita ſua petitione & accuſata rei contumacia ex officio teſtium dicta publicari petit. quod tum per interlocutionem decerni ſolet. ſi vero cauſas ſuæ denegationis habet: vel defenſiones proferre velit, præſertim in inferioribus iudiciis, tum illud indicare brevibus hoc pacto poteſt D. N zeiget an/daß ſeines Principaln Nothturfft erfordert auff dieſer ſeit einbrachte defenſionales gleichfals Beweiß zu führen/weil er dann mit denſelbigen im Werck/ ſo bäthe er mit der geſuchten Publication noch zur Zeit einzuhalten/ vnd ſich nicht zu vberſchnellen. Illud vel acceptare, vel ſi nunc demum proferantur defenſiones, aut alias protelandi cauſa id fiat, repudiare poteſt. Atque hic tertius terminus. quem in prima inſtantia ordin. Cam. vocat *vide part. 3. ord. tit. 13. in princ.*

Cum probatio per inſtrumenta fit, tunc requiritur in originali ea ut producantur. & cum exemplis à iudicii Notario conferantur: itemque adverſarius ea agnoſcat vel diffiteatur de quo me mini me dicere ſupra *de procura*. Poteſt tamen notari hæc formula: probando bringe ich ein dieſe briefliche Vrkunde ſub numero 1. 2. 3. Originalia cum copiis, Bitte Gegentheil ad agnitionem ſigillorum & ſcripturæ anzuhalten/vnd wenn ſolches geſchehen/die einbrachte Copiam cum originalibus zu collationirn vnd facta collatione mir die originalia zu reſtituirn. Hic ſi alter agnoſcat, ita dictare ſolet. (ſolet autem ferè agnoſcere in continenti vel ſaltem in termino proximo) Ich laß die Siegel vnd ſcripturas bona fide zu/ nihil tamen approbando contentorum. Hic è veſtigio qui inſtrumentum produxit, ſubiicit, Ich nehme die jetzt iudicialiter beſchehene agnition utiliter an. Poteſt & hic & ſolet ſæpiſſime de inſtrumentis agnoſcendis diſputari, excipiendo, replicando, &c. donec interlocutione, iudicis id, ſuper quod diſputatur, vel integrum agnoſcitur. Iſt hiermit zugelaſſen/vnd ex officio pro agnito angenommen: vel etiam reiiciatur. Iſt hiermit als vntüglich von den Actis herworffen.

Tandem notanda etiam eſt ex ipſo authore differentia, cum quis probare vult per inſtrumentum, quod alius penes ſe habet, ſi is forenſis eſt, tum petuntur literæ requiſitoriales: ſiquidem iuriſdictioni iudicis ſubditus, compulſoriales: utrumque petitur vel in ſcriptis v. gratia: Jch bringe ein dieſe Petitiõ Schrifft pro requiſitorialibus, vel compulſorialibus, & ſemper adverſario conceditur terminus declarandi, etiamſi is qui talem terminum petit conſentire nolit, ut recens in cauſa N. contra N probationibus in iudicium hoc modo deductis, Reliqua eſt cauſæ principalis per illas factæ utrinque diſputatio, quæ quidem vertitur iuxta ord. Cam. in *term.* 7. *& ſeqq. uſque ad finem.* Hic ſicut ſupra, cum publicatio atteſtationum petitur, tum procuratorem rei ſimul petere terminum excipiendi contra perſonas & dicta teſtium: Et is quidem eſt terminus ille ſeptimus, in quo ſi in atteſtationibus nihil ſibi contrarium vel aliquid utile repererit, illud ipſum ſolet acceptare iudicialiter: ſi vero contra ſeſe teſtimonia militare comperit, tum exprobationum repugnantia, teſtium qualitatibus dictorum falſitate, ſingularitate &c. excipiendi materiam ſumit.

In inferioribus iudiciis ita fere dictatur: Jch acceptir auß den ex adverſo geführten Zeugen auß A. G. acceptanda, vnd inſonderheit (hic augenda ſunt ea quæ forte favorem rei concernunt) ſagt wider das vbrige vnd widrige gemein Einrede/vnd daß Kläger verbi gratia ſeinen ſiebenden Articul gar nicht vel durch einen eintzigen Zeugen/ qui etiam ſingularis eſt & propterea non audiendus, &c. bewieſen. Et quidem ſi velit, mox in hoc termino concludere poteſt, id quod utile eſt præſertim in criminalibus, ut rei tanto citius ſqualore carceris liberentur. Alias in cauſis gravioribus & quidem in iudicio Cameræ ſemper in ſcriptis ea proferuntur vel coniunctim vel diviſim. Jch bringe ein dieſe acceptation & reſpective exception contra perſonas & dicta teſtium. Bitt einhalts Quod ſi atteſtationes ut in magnis cauſis fere fieri ſolet, ſint prolixæ, arbitrium iudicis eſt diſertè ei per ordinationem conceſſũ, quod poſſit & debeat parti petenti ulteriorẽ ter-

minum concedere, *vide ord. Cam. part. 3. tit. 16. inf. princ. verſ.* doch ſo das rotell. Alter vero exceptionum petit copiam & terminum duplicandi. In eo termino reus ita dictat: Wider die jüngſt ex adverſo vnbegründte einbrachte replicas bring ich ein dieſe duplicas, bitt Einhalts. Atque is eſt terminus ordinationis novus *part. 3. tit. 30.* Alter hic petere debet terminum concludendi non triplicandi, niſi mediante iuramento aſſerere poſſit, nunc demum aliquod momentum cauſæ ſe reperiſſe, quod antea ignoraſſet. Alias termino concludendi petito, in illo termino ita dictat: Ich vbergebe concluſiones, vnd bitt Einhalts. Hic terminus eſt in ordin. decimus *d. part. 3. tit. 21.* atque tum reus quoque cogitur petere terminum concludendi, imò ſi actor cauſam ſuam promotam velit, poteſt aliquot terminis omiſſis ſtatim exhibere concluſiones, ſi forte deprehendit exceptiones rei eſſe irrelevantes. In illo autem concludendo à parte rei termino, reus quoque bringet ein ſchrifftlich concluſiones, bitt wie darīnen. Atque is eſt terminus ordinatiōis undecimus *d. part. 3. tit. 22*, Hic iam actor rurſus petit terminum concludendi, & forte exhibuit concluſiones eventuales, & poſt illas aliquid novi ex parte adverſa probatum ſit, tum exhibere poteſt concluſiones quas nominat finales.

Ultimus ergo & duodecimus primæ inſtantiæ terminus eſt, in quo utrinque per generalia concludendum, qui etiam in Camera ſtricte ſervatur, niſi neceſſitas requirat concluſionem forte reſcindi. Formula concludendi præſcribitur *in ord. d. part. 3. tit. 23.* § vnd ſollen hinfürder/ꝛc Paulo tamen plenior uſurpari ſolet in hunc modum, Ich repetir hiemit concludendo alle retroacta utilia, wil Gegentheil nichts geſtanden oder eingeräumet haben/ cum oblatione ſi quid facti: Setz ich nunmehr zu Richterlicher Erkäntnüß / Bitt darumb förmlich was recht iſt mitzutheilen/ꝛc.

Clauſula illa oblationis, quam vocant, hunc uſum habet, quod ſi judici in ipſo facto, aliqua forte circumſtantia non ſatis liqueat, concluſione non obſtante ante ſententiam

tentiam definitivam per interlocutionem poſſit iſtius ampliorem probationem injungere. In quo cum ſæpe momentum victoriæ poſitum ſit, nunquam illa in concluſionibus omittenda. Ea enim non adhibita non præſumeret judex eum vel poſſe vel velle probare ulterius cuius probationes auditæ ſunt. Et cum verbis ita generalibus ab actore concluſum eſt, cum etiam vel in continenti, vel in proxima iuridica itidem concludere tenetur. Unde cum procuratores adverſarii terminum concludendi amplius petunt, actor ſtatim ſubiicere ſolet. Er habe generalibus geſchloſſen/ſey Gegentheils ſuchen wider die Ordnunge/ bath cauſam pro concluſa ex officio anzunehmen. Atque tum etiam vel alias ſine diſceptatione iiſdem verbis, quæ ante retuli, vel æquipollentibus reus plane concludit, *vide ord. d. part 3. tit. 23. §.* Es mag auch/ꝛc.

Illud in inferioribus iudiciis per abſurdum quendam fieri interdum ſolet, ut ſub prætextu generalis concluſionis Procurator actoris aliquid ex meritis cauſæ ad protocollum aſpergat, qui deinde ſi terminum concludendi petat, tunc actor in eum terminum conſentire recuſat. Atque ita terminum reus ſibi concedendum exiſtimat, quia generalibus non concluſum ſit, unde ſæpe neceſſariæ ſubmiſſiones cauſantur, in quibus tamen fere terminus reo indulgetur: itaque ſtudioſe actori cavendum eſt, ne ipſe cauſæ differendæ occaſionem præbeat. Quomodo verò poſt factam concluſionem, ſi aliquid novi emergat, illud ipſum in iudicium deducendum ſit, vide *tit.* 23. §. ſo aber etwas/ꝛc. *authorem hic poſt num.* 93.

## *Incidentia judiciorum poſt litem conteſtatam.*

Primo hic occurrit iuramentum calumniæ, quod hodie non interponitur, niſi id ſpeciali vel à iudice, vel ab adverſario exigatur, idque propterea, quod cauſæ quævis hodie in ſuperioribus iudiciis per procuratores aguntur in illis iudiciis approbatos, in ingreſſu officii qui iura-

mentum præſtent, *vide ord. Cam.part.1.tit.63.* In quo utique in effectu illud ipſum ineſt, quod in juramento calumniæ iudicatur de cauſa bonafide perſequenda ibi, vnd darein wiſſentlich keinerley Falſch/ꝛc.

Præſtatur autem hoc juramentum vel à partibus ipſis, quod tamen eſt pettarum, vel plerunque à procuratoribus, idque rurſus vel in animam principalis, vel in animam ipſius procuratoris, *Gail. 1. obſerv. 89. num. 1. ord. Cam. part. 1 tit. 65.* Modus ad protocollum agendi ferè talis eſt: Dieweil auß Gegentheils Handlunge erſcheinet/ daß dieſelbige ſich allein dieſe klare Sach zu verlängern gefährlich vnterſtehen thut/ ſolches aber mein Principal alſo zu verlängeren/ ſo wil man hiemit dem Gegentheil das gewöhnliche Juramentum calumniæ deferiru, Auch ſich ſelbſt darzu angeboten/vnd beyderſeits gerichtlich zu würcklicher Leiſtung ſolches Eydes zuzulaſſen gebeten haben. Hic alter ſi quid habet quod ipſum relevet, illud excipiendo proponet, verbi gratia, quod Procurator ſit ex officio, *vide Gail. 1. obſerv. 88 nu. 1. & ſeqq.* Item ſi ſit Procurator fiſci *Gail. 1 obſ. 90 nu 4. Mynſ. 1. cent. obſ. 74.* Item ſi ſpeciale mandatum non habeat, *Gail 1. obſ. 37. num. 2.* Si tamen nimium diu tergiverſetur, & is qui iuramentum detulit cognitioni iudicis in contumaciam adverſarii ſubmittat, metuenda eſt ſententia iudicis declaratoria, qua reum iurare nolentem, pro confeſſo habeat circa illud, ſuper quo delatum ſibi iuramentum calumniæ non præſtitit. *vide Gail. 1 obſ. 16. num. 1. & ſeqq.*

Huic vicinum eſt iuramentum malitiæ, cuius differentias à iuramento calumniæ collegit *Gail. 1. obſ. 87. inſ. vide ord. p. tit. 74.* Præſtatur toties, quoties præſumptio eſt contra aliquem, quod malitioſè aliquid proponat.

Tertium incidens iuramentum & quidem quotidianum eſt relatum in utraque parte à parte quidem actoris iuramentum dandorum, à parte vero rei iuramentum reſpondendorum: illius ſenſus & vis eſt, ut actor iurato affirmet, ſi velit (nunquam enim ad iuramentum dandorum cogitur) articulos ſui libelli qui in proprio facto conſiſtunt eſſe veras: qui vero in alieno facto conſiſtunt, ſeſe credere eſſe veros eos. Dandorum appellatur,

latur, quia eo mediante actor articulos dat ſive exhibet in iudicio. Alterius illius Articuli pro confeſſaris habentur, & accipiuntur in contumaciam ſi adverſarius iuramentũ reſpondendorũ præſtare nolit *c.2. de confeſſ li.2* f.1 lit in cauſa fractæ pacis, ut ex ſententia Noſſeri & Rehligeri concluſum in ſenatu Anno 54. 20. Septembris, quia cauſa fractæ pacis criminali æquiparatur, adeoque in ea probationes luce meridiana clariores requiruntur, ita decretum in cauſa contra Münchhauſen 4. Octobr. Anno 72. Vis eſt, ut reus eo mediante reſpondeat, quod eos credat, vel non credat eſſe veros, unde etiam reſpondendorum vocatur, *vide ord. Cam. d.pr 1 tit. 69 & aliquot ſeqq.*

Modus dictandi ad protocolũ eſt hic; poſt litem conteſtatam in proximo termino: Lite negative ordinata, Bitt ich mich ad probandum zuzulaſſen/ & admiſſus repetir ich die articulos der einbrachten Klage/ bin dieſelbigen mediante iuramento dandorum in animam mei principalis (vel iſt mein Principal vrbietig/ dieſelbigen mediante iuramento, &c.) zu erhalten erbietig/ bitt ſich zu ſolchem Eydt auff vnd anzunehmen/vnd den Gegentheil apud acta, vel den Gegentheil in eigner Perſohn neben gnugſamer Verwahrnung Meyneydes ad iuramentum reſpondendorũ, & eo mediante edendas reſponſiones anzuhalten.

Hic adverſarius copiam petit & terminum declarandi. In quo termino excuſationes ſuas ſi quas habet, profert, quæ ferè eo directæ ſunt, ut tantum diſputetur, an ſit cogendus reus in propria perſona iurare, verbi gratia, ſi ſit fœmina, perſona illuſtris vel integræ famæ. In quibuſdam tamen cauſis neceſſarium eſt iuramentum in perſona propria; nempe ubi medium concludendi totum vel maxima ex parte fundatur in perſona rei.

Illud peculiariter notandum, quod in cauſis matrimonialibus reus mediante juramento reſpondendorum reſpondere cogatur, nec tamen à parte actoris præſtatur iuramentum dandorum, ut potius abſolvatur ille qui ſuper matrimonio iurat cum reus eſt, quam ut periurium alterutrius, præſumatur, ſi uterque iuraret.

In criminalibus vero neutrum horum iuramentorum uſur-

uſurpatur, tum ne pœna metu reus periurium forte faciat tum quia probationes lucidiſſimæ requiruntur, quæ ex reſponſionibus reiparum iuvantur, niſi indicia ad torturam contra eum militarent, quâ mediante reſpondere cogeretur.

Incidit etiam ſæpe iuramentum Curatorium ad litem, idque ab initio ſi conſtat alterum litigantium eſſe minorem vel in ipſo proceſſu cauſæ, ſi huius rei notitia poſtea primum ſuperveniat, quo tamen caſu neceſſaria erit expreſſa retroactorum ratificatio ad evitandam proceſſus nullitatem. Utroque caſu omnia acta Curatoris illius nomine inſigniuntur. Modus ad protocollum dictandi eſt hic: demnach Klåger oder Beklagter minorennis, als wil man hiemit N. N. ſeinen Verwandten zum Curatore litis angegeben/vnd zu ſolchem Eyd ad iurandum ſive præſtandum ſolennia zu citiren gebetten haben. Et quia hoc prolixum eſt, plerumque ideo fere ex officio petitur adiungi curator ad litem, qui tum ex numero procuratorum ſumitur, & iuramentum illud præſtat quod *d. part.* 1. *tit.* 75. deſcribitur.

Incidenter etiam ferè poſt litem conteſtatam agitantur exceptiones peremptoriæ: Etſi enim ferè in ingreſſu cauſæ à procuratoribus reorum Exceptiones peremptoriæ etiam tum cum in continenti probari non poteſt opponi ſolent, tamen niſi ſint litis finitæ; & quidem hæc ipſæ niſi in continenti probentur, vel altiorem indaginem requirant, tum earum ventilatio ſemper à iudice poſt litem conteſtatam reiicitur. Modus procedendi talis eſt: D. N. Beklagter ſagt wider die einbrachte Klage/daß Klåger zu klagen nicht gebůhret/ alldieweil ſich die Parten ſelbſt vor zehen Jahren gůtlich verglichen / Auch darůber Brief vnd Siegel auffgericht / die man hiermit in Originali producirn thut: Bitt derwegen cum reſtitutione expenſarum ſich zu abſolviren. D. N. ſagt wider jetziges vorbringen generalia, vnd ob wol ein vermeinter Vertrag auffgericht ſeyn möchte / daß jedoch ſein Principalis damahls noch vnmůndig geweſen / vnd derwegen jhm ſeine Vormůnder nichts begeben haben können/vnd dieweil hierauß erſcheinet/ daß

daß die vorgeſchützte Exception peremptoria altiorem indaginem inquirirt, So bittet Kläger den Beklagten eingewandter Einrede verachtet litem zu conteſtiren anzuhalten/ iſt erbietig in proceſſu cauſæ jhme hierauff weitere Nothturfft zu antworten.

Poſt litis conteſtationem vero in terminum reſpondendi una cum ſuis reſponſionibus reus proferre debet exceptiones peremptoriales ſive defenſionales: quibus actor vel reſpondere, vel ſi in facto ulterius diſtinguere velit, articulos replicatorios exhibere debet. Atque ita deinceps utrinque in puncto tam defenſionalium quam replicativorum utrinque proceditur, vide *Ord. Cam. part. 3. tit. 27. & duos ſeqq.*

Inter incidentia refertur ab authore termini prorogatio, de qua etſi ſupra dictum ſit, qua exceptiones dolatoriæ per modum prorogationis proponuntur: tamen ideo hic reiteranda eſt, cuius reiteratio, quia in omnibus iis quæ poſt litem conteſtatam incidunt, nō tantū conſueti temporis termini à parte peti & à iudice dari, ſed etiam ex officio vel extendi vel coarctari poteſt: Qua de re extat peculiaris ſanctio in *ord. Cam. part. 3. tit.* 38. cum qua coniungendus §. Als auch vorkommen / ex receſſu viſitationis Anni 73. in quo titulo 38. & hoc notandum, cum prius traditum eſſet in peremptoriis exceptionibus regulariter replicari, duplicari, & utrinque concludendi, etiamſi negocium ulteriori diſtinctione opus habeat, triplicari, quadruplicari permittat, ita tamen ut ab utraque parte par ſervetur ratio, & ut is qui ultra Ordinationem triplicas exhibet, mediante iuramento aſſeveret, id cauſæ neceſſitatem requirere, quod in exceptio. perempt. in noſtro dicaſterio præſtari non vidi, ſed conſueto aliarum Curiarum ſtylo ſine iuramento triplicari.

Nullitatis exceptio hic conſideratur prout in eodē iudicio verbo ubi nullitas commiſſa eſt, opponenda venit. Nullitas enim quæ apud inferiorem iudicem commiſſa apud ſuperiorem iudicem ventilatur, pertinet ad cap. 33. Et ferè cum appellatione coniungitur, ut tum dicemus.

Cæterum variis ex cauſis fieri poteſt ut nullitas committatur, verbi gratia, ſi quis minorennis in iudicio verſetur, litis conteſtatio omittatur, falſum aliquod nomen addatur, ut cum Titius pro Sempronio in articulis nominatur, vel etiam cum aliquis terminus negligitur. Huc pertinet *in ord. Cam. part. 3 tit. 39.* ubi eleganter traditur modus corrigendi: atque eadem ratione ſalvo aliquo nomine edito ad protocollum dictanda eſt correctio. Aliud eſt ſi in facto erratum ſit, tum enim addendi ſunt articuli correctionales. Modus dictandi ad protocollum ex uno aut altero exemplo poteſt perſpici (quibus addi volo id quod proxima repetitione dixi de iuramento Curatorio, quando ita cœpta lite primum deprehenditur, alterũ litigatorem eſſe minorennem & indigere Curatore, quo caſu per ratificationem retractorum evitatur nullitas) ſit hoc exemplum. **D N. zeiget an/als ſein Subſtitutus vermög jhm gebühr** ſubſtitution in conſueta forma, **zu förderſt** litem conteſtirn **ſollen/vnd darnach allererſt** reſpondirn, **vnd aber von jhme die** rationes **zwar eingeben /** litis conteſtatio **aber außgeſchloſſen worden / ſo wolte er** ad evitandam nullitatem litem negative **hiermit** conteſtirt, **vnd ferner ermeltes** ſubſtituti **weiter Handlung** repetirt, **vnd nunmehr dem Gegentheil** terminum procedendi **anzuſetzen gebetten haben.**

Aliud exemplum: Finge tibi parendum forte eſſe ſub præiudicio, & nominandum Commiſſarium, neque adhuc forte clientis tui ea de re ſententia tibi eſt cognita, eo caſu pro cautela eſt, ut quis eum ad protocollum pro Commiſſario nominet, quam ſciat ab adverſario revocatum iri, illa nominatione ſimulata evitatur contumacia, & quia extraordinarius terminus declarandi adverſario præfigitur, ideò ſi ante illum terminũ ex cliente tuo cognoveris, quos nominare debeas, per modum correctionis eos nominare potes, ita ut idem terminus declarandi adverſario præfixus maneat hoc modo: **Als ich jüngſt in Sachen** pro Commiſſario **ernennt N. N. zu N. vnd aber vnterdeſſen in Erfahrung kommen / daß dieſelbige meinem Principaln anderwerts mit Dienſt verwandt/vnd alſo von Gegen-**

Gegentheil ohnzweiffel recuſiret werden würde / Als wil ich hiermit zu gewinnung der Zeit vnd correction der beſchehenen Benennung / den damals gehaltenem Proceß von den Actis zu thun gebetten haben.

Proceſſus redintegratio potiſſimum ſpectatur in puncto reaſſumendi. Finge unum ex litigatoribus eſſe mortuum, hæres autem non fuit citatus, ideoque nec in lite eſt, & propterea citandus eſt ad reaſſumendum, eam citationem ſemper petit fieri adverſarius : uam is cujus principalis mortuus eſt , amplius mandato ipſius per mortem evaneſcente ſic dictat: D.N. zeiget an/ daß N. N. ſein Principal ſeliger mit todt abgangen / vnd alſo ſein mandatum expirirt, ſo wüſt er ſich der Sachen weiter nicht anzunehmen. Idque maxime fit quando mortuus eſt reus, tum actor ſubiicit: Demnach N N ſeliger zu Erben verlaſſen A. vnd B. zu N. geſeſſen (vel ſi minorennes reliquerit) Demnach N. N verſtorbenen Kindern zu Vormündern verordnet ſeind A vnd B So bitt ich dieſelbige reaſſumption erkennen zu laſſen. Si actor mortuus tum hæredes in judicio ipſi litem reaſſumere in eo ſtatu, in quo eam inveniunt poſſunt: ſi verò ad litem reaſſumendam citetur, eadem circa citationem primam & ſecundam quæ ſupra diximus in præparatoriis de citatione obſervanda.

Si compareat quis ad litem reaſſumendum facit hoc vel per mandatum procuratori transmiſſum, & cum ea ſervantur quæ ſupra dixi in puncto legationis, vel apparet ipſe coram. Es erſcheinet N.N. ad reaſſumendum gehorſamblich in Gemüth vnd Meynung litem gegen N. in dem Stand / darinn er nach tödtlichem Abgang ſeines Vorfahren geweſen / anzunehmen. Et ſi forte cauſa ſit in termino concluſionis Mit außtrücklicher Wiederholung aller retroactorum utilium concludendo in formula vulgata.

Eſt etiam cum proxime ante ſententiam juramentum ſuppletorium defertur, vel à judice, quod eſt neceſſariam vulgo, vel parti à patre, quod vulgo judiciale, & judiciale quod ſuſcipiendum eſt etiamſi nihil probatum ſit, ſi credimus

dimus Weſen. in *ff. de jurejur. num.* 9. quod Specul. Coſtal. & alii practici negant. Neceſſarium imponitur in cauſis dubiis, propter inopiam probationum, cauſæ dubiæ ſunt, in quibus aliquid ſed non plene probatum eſt *c. ult. de jurejur. Weſen. d. tit. num.* 10. *Mynſ.* 4. *obſerv* 78. Itaque etiam parte invita imponitur, nec referri nec remitti poteſt *l. admonendi* 31. *de jurejur.*

Modus in utroque dictandi eſt hic: D. N. zeiget an/ daß er ſeinen gethanen Schätzungen Eyd zu enthalten gedencke/ bitt ſich auch darzu zu laſſen. Hic alter quemadmodum poteſt reluctatur, & cauſæ recuſandi ſunt *in l.* 33. §. 7. *in l.* 34. *de jurejur. l.* 9. *C. eod quæ pulchrè collegit Donellus in tract. de jurejur. cap.* 13. Hic facta ſubmiſſione judex interloquitur, nemblich es ſey N. N. ſeinem geſchehenen erbieten nach der angelobte Eyd zugelaſſen vel abgeſchlagen. Neceſſarium juramentum non tantum per oblationem partis, ut illud ſuperius, ſed etiam per ſententiam judicis defertur, ut in cauſis injuriarum, quando non conſtat ex actis, wolle Beklagter bey ſeinem Eyd erhalten/ daß er die in actis angezogene Wort nicht animo jurandi geredt/ ſol gehöret werden/ vnd geſchehen was recht iſt. Hic ſi juret reus, abſolvitur, ſi recuſet, condemnatur.

Incidenter relatio fieri ſolet ad judicem ſuperiorem, quando cauſa uſque ad finem audita eſt, & judex inferior forte ad ſuperiorem remittit, quo caſu judex ille ſuperior ſententiam concipit, eamque judici inferiori pronunciandam remittit, id quod aliquando in dicaſterio factum ſcio in Camera crederem non fieri, quod ſciam diſertè conſtitutum eſſe *p.* 1. *tit. ord.* §. Daß Cammerrichter vnd Beyſitzer dem Cammergericht allein / vide text. ibid. In anderen Gerichten vnd Sachen Rathsgeben ſich enthalten. Aliud eſt quando partes in concluſione cauſæ conſilia dant, oder Rechtliche Belehrunge judici exhibent, quæ ſi judicialiter exhibeantur, tunc copia communicanda eſt adverſario, non item, ſi extra iudicialiter.

## *De ſententia.*

Judicium tandem finitur per pronunciationem judicis

cis deciſivam, de qua notanda duo: Primo modus concipiendi, qui iudicem ſpectat. Secundo modus ad protocollum agendi, quandocunque cadat ſententia, quod proprium eſt procuratorũ, iudex in concipienda ſententia hodie quidem in iudicio Cameræ, & aliis penè conſtitutis dicaſteriis tali utitur proceſſu. Cauſa concluſa uni ex adſeſſoribus datur ad referendum, hoc eſt, ut is diligenter lectis & ponderatis actis itemque in formationibus iuris ad factum accommodatis æſtimet, quomodo optime concipi poſſit ſententia, atque de toto poſtea in ſenatu ubi iuſſus erit, referat. Quin etiam in Camera cum referens acta perlegit, iubetur ea iudici reddere, qui ea alteri ad correferendum tradat, ut eo melius duorum induſtria excuti poſſint, vide *ord. Cam. part.* 1. *tit.* 10. & *in primis* §. So ſol auch/ꝛc. & *ſeqq.*

Modus referendi optimus & in Camera probatus eſt hic, quem refert & commendat excellens Juriſconſultus Regnerus Sixtinus in oratione ſua de vita Joannis Glotzii Haſſiaci Cancellarii *part.* 93. 1. Genus actionis diligenter inquirendum qualem & an rectè actionem actor inſtituerit. 2. An & quomodo actor ſuam intentionem medio concludendi probaverit. 3. An reus aliqua exceptione intentionem actoris eliſerit. 4. An exceptio illa rei ſufficienti probatione ſuffulta ſit. Poſtremo quando ſuperioribus hoc vel illo modo ſe habentibus pronunciare oporteat, quæ in iure quidem ſæpe non videntur difficilia, ſed in applicatione ad hypotheſin ſive facti ſpeciem ſæpe ſunt difficilima: Ideoque eorum iudicium relationes maxime commendantur, qui in facto ad ius per ſingulas circumſtantias & in ſpecie minutas applicando diligentiam navant. Relatio illa ita concepta niti debet iure communi, conſuetudinibus receptis, & communibus opinionibus, modo eæ non ſint erroneæ. Et in primis cavendum ne iudex in referendo ſingularitatem quandã affectet & propriis opinionibus iudicet, ut diſertè cautum eſt in *ord. Cam. part.* 1. *tit.* 10. §. vñ ſo in denſelbigẽ. Item in receſſu viſitat. Anni 50. §. Erſtlich nach dem. Relatio illa à referente primum, deinde à correferente fieri

debet in pleno ſenatu reliquis attentè audientibus, quibus poſtea licitum eſt vel vota ſua relationi factæ adjungere, vel ſi quid ipſis videatur adhuc dubium ſive in facto de eo amplius diſſerendo inquirere, donec maxima pars in unam ſententiam conſentiat, quæ ita concipienda & deinde dictanda eſt.

Concepta ſententia, cum judici libuerit, pronunciatur, ad quam audiendam jure communi citanda eſt pars utraque: quod in pleriſque dicaſteriis obſervatur, & quidem ita daß man dieſe nötige Partheyen ein Tag oder zween vor eröffnung der Endvrtheil citirt, dieſelbe nochmahls in gutem vornimbt vnd gütlich zu vertragen vnterſteht / quia propter multa melius eſt amicabiliter negotium componi, quam ſententiam audiri wann aber auff vielfältiges deß judicis anregen / vnd Vorſchlägen / die geſuchte Güte anſtehen wil / tum demum ad pronunciandam ſententiam, quæ jam concepta eſt pervenitur.

Continetur autem in ſententia rei conventi vel abſolutio vel condemnatio: imo ſi diſtincta capitula deducta ſint in actionem diſtinctim: Reus partim abſolvi partim condemnari poteſt, adeoque interdum fit, ut uterque à ſententia lata appellet, ſicut factum ante annum in cauſa Malsburg contra Hundelshauſen in primo dicaſterio: Modus agendi ad protocollum eſt hic, ut is qui cauſam obtinet ita dictet: Jch thue mich der wol geſprochen Vrtheil dienſtlich bedancken / bitt mir denſelben Schein in forma authent. vmb die Gebühr vnd Copiam mitzutheilen / vel ſi pro parte tantum favorabilis ſit ſententia, Jch thue mich der jetzt geſprochenen Vrtheil in paribus & paſſibus utilibus bedancken / Auch dieſelben utiliter acceptirn, von dem vbrigen aber appellir ich. Ille qui cauſam perdidit ita dictat Es findet ſich mein Principal / der jetzt angeſprochenen Vrtheil zum höchſten beſchwert / vnd werde ich derhalben gedrungen / in jhrem Nahmen auff ſpecial empfangenen Befehl an das hochlöbliche Cammergericht zu Speyr / (vel hic) an das Fürſtl. Heſſiſche reviſion Gericht mich zu beruffen vnd zu appellirn, wil auch hiermit apoſtolos reverentiales gebetten haben. Hic alter qui cauſam obtinuit, ſub-

ſubiicit: Jch bitte den Gegentheil von jetziger vmbgeführter interponirter appellation abzuweiſen / vnd apoſtolos refutatorios mitzutheilen. Hic ſi cauſa appellandi ſit probabilis ſive difficilis, judex incontinenti ſubiicit, Es iſt die interponirte Appellation Röm. Käyſ. May. vel vnſern G. G. F. F. vnd N. N. zu vnterthänigen Ehren hiemit zugelaſſen / & hoc ipſum eſt decernere apoſtolos reverentiales. Si cauſa ſit omnino clara, tum judex ſubiicit, man wiſſe der interponirten Appellation nicht zu deferirn, ſeindt hiermit Apoſtoli refutatorii erkändt. Hoc tamen etiam caſu devolvi appellatio ad judicem ſuperiorem poteſt, ideoque Procurator illius ſubiicit, Meinem Ampt ein gnügen zu thun repetir ich nochmahls die interponirte appellation vnd laß darbey wenden. Itaque liberum eſt eius principali appellationem intra tempora debita perſequi, ne ſententia in rem judicatam tranſeat, ut dicemus ad cap. 34.

## AD CAPUT XXXII.

Sententiam ita probatam ſequitur Executio, quæ ut fieri poſſit, neceſſe eſt ſententiam in rem judicatam tranſiiſſe. Tranſiiſſe autem cenſetur, ſi appellatum non ſit, ita ut ne quidem contra interlocutionem exceptiones altioris indaginis obiici poſſint; niſi aliqua exceptio ſit, quæ etiam poſt rem judicatam per ſui naturam poteſt opponi, illa enim exceptionem impediret, vel ſaltem ſuſpenderet, ut docet *Gail. 1. obſerv. 111. num. 5. & ſeqq.* Executio porro eſt vel ipſius ſententiæ vel eius acceſſoriorũ. Ipſius ſententiæ aliter iure veteri aliter iure novo, ubi executio fit decernendo litteras executoriales, in quibus victo adſignatur terminus docendi paritionem, ut docet autor hic n. 6. Quod ſi primis executorialibus partium non ſit, non ſtatim in pœnam executorialibus inſertam proceditur, ſed auctiores executoriales & ſub pœna maiori decernuntur, verbi gratia, ſi primæ habuerint pœnam 50. aureorum, poſteriores habebunt duplũ, in Cam. 10. d. in cauſis gravioribus. Quin etiam ſi auctioribus

executorialibus paritum non ſit, ſed forte exceptiones oppoſitæ cur executio facienda non ſit, tum etiam reiectis illis exceptionibus adhuc ex abundanti terminus docendi paritionem aſſignatur, interlocutione in hæc verba concepta. In Execution Sachen N. N. contra N. iſt Beſcheid/ daß N. Beklagter vorgewenter Einrede vnverhindert/ den außgangenen vnd verkündigten Executorialibus nochmahls zu gehorſamen ſchuldig/ auch jhm hierzu ſechs Wochen vnd drey Tage zum Vberfluß angeſetzt/ mit dem Anhange/ da er den nicht nachkommen würde/ daß er jetzt alsdann vnd dann als jetzt in die Peen den vnerſchiedlichen Executorialn fellig erkant/ vnd den Beampten in der Graffſchafft N von dem Hertzogen die Execution befohlen werden ſol. Eſt ergo cauſa Executionis ſummaria ſive extraordinaria, teſte *Gail. d. obſ.* 13. *nu.* 10. & proinde ſine litis conteſtatione quam breviſſime expedienda. Modus vero ad protocollum dictandi eſt, ut primo emanatæ executoriales repetantur, & niſi pareatur, accuſetur contumacia non parentis, ſi vero excipiatur ut plerumque fit, tum à parte impetrantis erit replicandum, atque ut in aliis punctis uſque ad concluſionem utrinque factam procedendum. Si vero executioni nihil opponi poteſt, tum ſervatur modus præſcriptus *in l.* 1. 5. *de re jud.* ut capiantur mobilia primo, iiſdem non ſufficientibus etiam immobilia tandem nomina, & ſi hæc omnia nondum ſatisfaciant, etiam perſona mancipetur Carceri, niſi ſit privilegiata, ut mulier.

Executio circa ſententiæ acceſſoria eſt quoad expenſas, quæ etſi ex finali cauſa hodie compenſantur addita ſententiis definitivis hac clauſula: die Gerichtskoſten hiermit auß erheblichen Vrſachen verglichen: tamen quoties de temeritate condemnari apparet, ſolent expenſæ alteri adiudicari. Proceſſus ille ſuper expenſis adiudicatis nominatur punctus liquidationis, atque ipſe pertinet ad omnes cauſas ſummarias, teſte *Gail.* 68. *num.* 7. Liquidationis punctus ideo vocatur, quia quamprimum is qui cauſam obtinuit, audit adverſarium ſibi in expenſas damnatum eſſe, ſtatim petit terminum liquidandi, hoc

eſt,

eſt, Expenſas illas ſpecifice deſignandi. In illo termino victor bringt ein ExpensZettel / vel deſignationem expenſarum cum annexa petitione. Hic victus copiam deſignationis petit & terminum excipiendi. Excipit autem quod impenſæ ſint delicatæ vel etiam immodicæ, ex quibus illæ prorſus non taxantur, hæ moderamine iudicis minuuntur. Et quidem in delicatis expenſis ſunt arrhæ, advocatis & procuratoribus datæ, & aliæ de quibus agit *Gail.1.obſerv.151.* Tandem vero ubi replicatum, duplicatum & concluſum eſt, ſententiam moderaminis ſive taxæ iudex interponit, idque ſi ſumma parva eſt ſimpliciter, Seyn die Gerichtskoſten auff ſieben Gülden taxirt / vnd Klägern oder Beklagtem dieſelbige zuerlegen Zeit ſechs Wochen vnd drey Tage angeſetzt. Si vero ſumma ſit maior, ut in Camera ultra 20. aureos Rhenanos, tum hoc modo fertur ſententia taxæ: Wölle er mit einem leiblichen Eyd erhalten / daß er v. g. fl. Batzen der Gerichtskoſten darüber vnd nicht darunter in Sachen contra N. außgelegt habe / oder noch außlegen müſſe / (v. g. ſi advocato ſuo ſalarium adhuc debeat, aut ſportulas iudici pro ſententia das Vrtheil zu löſen) daß ſolches gehört vnd ſein Gegentheil zu erſtattung deren angehalten werden ſol. Hic victor in continenti, ſi adſit, iuramentum illud præſtat, & literas etiam executoriales ratione expenſarum iſtarum conſequendarum obtinet.

## AD CAPUT XXXIII.

Executionem ſententiæ impedit vel ſaltem ſuſpendit eiuſdem impugnatio, quæ fit primo per appellationem iure interpoſitam, quomodo autem interponatur in continenti, dictum eſt ad finem ca.31. quod ſi in definitiva in continenti non interpoſita ſit, ſicut interlocutionibus & extra iudiciali gravamine ſemper fit in ſcriptis intra decendium durch auffrichtung eines Inſtrumenti appellationis coram Notario & teſtibus. Notanda vero ſunt ea quæ ſecundæ inſtantiæ ſunt peculiaria, in primo vero termino ſecundæ inſtantiæ (ſi quis appellatio-

nem rectè interpoſitam intra debita tempora proſequitur, compulſorialibus pro actis edendis à ſuperiore iudice impetratis, adeoque iis ipſis actis in iudicio ſuperiori exhibitis, ac citatione impetrata) illa ipſa citatio cum compulſorialibus repetitur, acta prioris inſtantiæ una cũ libello appellationis formato exhibentur, *ord. Cam part. 3. tit. 31. in princ.* vel quod hodie communius eſt in Camera, actis prioris inſtantiæ in primo termino productis, petitur copia exſcribendi & libellandi, quoad mandata vero procuratorum & perſonas eorum legitimandas, eadem ſervantur quæ in prima inſtantia diximus. Appellatio vero liberum eſt in illo primo termino formalia appellationis impugnare, vel etiam ratione cauſæ exceptiones non devolutionis proponere, verbi gratia, quod ab interlocutoria appellatum ſit, quod ſumma ſit inappellabilis, &c. *d. tit. 31. §.* ſollen vor das ander. Acta ſi non producantur in primo termino, tunc abſolvitur appellatus in cauſa appellationis, aut ſi documentum requiſitionis nõ exhibeat, quod in cauſa nullitatis non idem eſt, ut decretũ in cauſa Molßer contra Mechelenburg 87. Illud notandum, quoties contra devolutionem diſputatur vel formalia appellationis oppugnantur, ipſa merita cauſæ prolixè diſputanda non eſſe. quia aliud eſt de proceſſu, aliud de meritis cauſæ agere, *ord. Cam. part 3. tit. 32. §.* vnd ſonderlich/ in termino ſecundo ſi quis contra devolutionem & formalia diſputare non poteſt, lis conteſtanda eſt, quo facto appellans libellum ſuum appellationis loco gravaminis repetit, atque decerni iuxta eundem petit, ita ut ſtatim ſubmittat, ſi amplius probare non velit. In tertio termino idipſum faciendum eſt. Sicut etiam appellatus exceptiones peremptorias habeat per modum defenſionalium eaſdem in hoc termino producit. Atque tot terminos ord. Cam. nominat. Ceterum ſi neceſſitas requirit, eadem in ſeqq terminis probando per modum commiſſionis & cætera ſervari debent, quæ explicata ſunt in termino 4. & ſeqq primæ inſtantiæ, quia à ſuperioribus iudicibus appellari non poteſt, qualis olim fuit præfectus prætorio l. un. C. de ſent. prætori. ne tamen iidem illa ſua po-

poteſtate facilius abuterentur, ſi ſcirent nullo prorſus remedio ſententias ipſorum impugnari poſſe; itaque introductum eſt, ſi opus eſt, ad eorum ſententias retractandas ſaluberrimum ſupplicationis remedium, quod practici indicatum vocant, auth. Quæ ſupplicatio. *C. de prec. Imp. off. num.* 119. §. *aliud ad hæc.* In Imperio quoque Romano, quia Camera iuriſdictionem habet cum Cæſare concurrentem, ideoque ab ea ad ſuperiorem appellari non poteſt, introductum eſt remedium ſupplicationis admodum affine Reviſionis quod vocant: pro quo ii qui ſententia aliqua ſe gravatos exiſtimant: Archiepiſcopo Moguntino & Imperii Cancellario ſpacio bimeſtri ante Calend. Maii id ipſum ſignificant & reviſionem actorum & ſententiæ petunt, quæ per delectos Imperii ſtatuum delegatos ad id peculialiter miſſos fieri ſolet. Et ne temere ad hoc remedium tranſiliatur, proviſum eſt, ut pro qualitate cauſæ & arbitrio iudicum illorum delegatorum certam pecuniæ ſummam in iudicio deponatur vel in pecunia numerata, vel per fideiuſſores: quæ ſumma, ſi ſententia prior in reviſione non retractetur, tanquam pro pœna temerè provocantis caduca fit, atque in expenſas reviſionis condemnatur. Modus vero legitime procedendi, ubi reviſio impetrata eſt, deſcribitur in *ord. Cam. part.* 3. *tit* 53. §. Erſtlich ſol. *& ſeq.* nempe ut pars impetrans cauſam ſuorum gravaminum uno ſcripto, & is qui in ſententia vicit defenſiones ſuas contra illa gravamina itidem uno ſcripto proponat: neque amplior ulla diſceptatio alterutri permittatur: quando etiam in illis ipſis ſcriptis nihil novi, ſed tantum ut dixi gravamina & defenſiones ex actis atque actitatis prioribus deducantur. Unde inſignis differentia inter reviſionis & appellationis remedium cognoſcitur. Ita cauſa concluſa iudices delegati, una cum iis aſſeſſoribus qui ſententiam illam dixerunt, mutuo ſeſe peculiari iuramento obſtringunt, eoque mediante ſententiæ latæ fundamenta is qui referens fuit & correferens coram legatis deducunt, itaque hæc quaſi nova & repetita eſt relatio. Hoc audito, delegati ordinum Imperii remotis illis aſſeſſoribus medio illo quod

dixi iuramento de ſententia vel confirmanda vel retractanda vota ſua in medium proferunt. Confirmata ſententia depoſita illa pecunia ut diximus, quaſi in pœnam temere factæ provocationis amittitur. Si vero ſententia retractetur, pecunia impetranti redditur, & ſententia illa reformata executioni protinus mandatur *d. tit.* 53. §. Darauff ſollen *in fin.* Unde quæſitum eſt, an pendente reviſione etiam ſuſpendatur executio latæ ſententiæ? quod magis hodie præſertim non fieri placet, atque pro eo in favorem Marionis conſuluerunt quædam Germaniæ Academiæ, quarum quinque reſponſa coniunctim edita ſunt. Vide etiam Benderium in *tract. de reviſion. concluſ.* 29. *& ſeq.*

Coronidis loco etiam illud notandum, ſicut pleriſque Imperii principibus certa privilegia conceſſa ſunt, quibus appellationes ad Cameram fieri ſolitæ reſtringuntur, quorum meminit Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 17. *& cent.* 1. *obſ.* 6. Ita ne in ſummis infra privilegium conſiſtentibus ex affectu forte iudicis ſententiam ferant, iiſdem, non tantum Curiæ ſuperiores ſive dicaſteria, ſed etiam iudicia peculiaria reviſoria conceduntur, &c. In Haſſia habetur Caſſellis. Reſtitutio in integrum de qua hic ſermo eſt, fere petitur ad redintegrandum proceſſum, verbi gratia, cum appellatio amiſſa eſt, vel eius introducendæ vel proſequendæ fatalia expirarunt, ſi quis iuſtas cauſas allegare poſſit, ex iiſdem reſtitutio in integrum admittitur, quo in genere inprimis non tantum in Camera ſed etiam dicaſteriis provincialibus frequentatur reſtitutio adverſus lapſum fatalium, qua de re vide *Gail.* 1. *obſ.* 143. *per tot.* Ubi pro cautela notandum eſt, etſi prima vice reſtitutio denegetur, quod fere fieri ſolet, quia remedium eſt extraordinarium, & proinde non temere concedendum: tamen diligenti advocato ideo non ſtatim deſperandum, ſed ſecundo vel etiam tertio diligentius deductis gravaminibus eam petendam eſſe: atque ita memini, ad tertiam demum ſupplicationem poſt duo decreta denegatoria reſtitutionem impetratam eſſe in dicaſterio Haſſiæ in cauſa Ewald contra Stifft Fritzlar. Decretum ſit

hoc

hoc modo: Iſt Beſcheidt: wolle Supplicant ſein ſuchen articulirter weiſe vorbringen / ſolle hiemit angenommen ſeyn/vnd darauff ferner geſchehen was recht iſt. De actione vero reſtitutionis, eiuſque requiſitis & ſpeciebus memini me explicare ſup. c. 18:

Nullitas, hoc eſt, deductio violati proceſſus in aliquo ſubſtantiali membro ſive proceſſus contra iuris ordinem facti, principaliter fieri poteſt intra Annos 30, & ſine appellatione: quod tamen rariſſime fit, & non, niſi tum cum evidentiſſima eſt nullitas: plerumque autem tractatur incidenter: hoc eſt, coniungitur copulative cum libello appellationis: atque tum ſimultaneo proceſſu una cum appellatione tractatur, adeoque obſervantur, quæ dicta ſunt ſupra de appellationibus.

FINIS.

# INDEX CAPITUM ET FORMULARUM PRÆCIPUARUM QUÆ HIS ANNOtationibus continentur.

*PRæjudicium quid & quotuplex.* 3.4. & ſeqq.
*Actionum cumulatio quid, & an ſit prohibita.* 11.
*Quibus caſibus non permittatur.* 12.
*Condictio certi quotuplex.* 12.13.
*Forma libelli.* 13.14.
*Formalia condictionis certi ex mutuo ſpecialis.* fol.14.
*Forma libelli in condictione cauſa data, cauſa non ſecuta* fol. 15.
*Forma condictionis ob turpem vel injuſtam cauſam.* 16.
*Forma condictionis ſine cauſa.* 17.
*Forma actionis commodati directæ.* ibid.
*Forma actionis commodati contrariæ, per modum reconventionis* 18.
*Forma actionis depoſiti directæ.* 19.
*Forma actionis depoſiti contrariæ per modum reconventionis.* 20.
*Formula actionis ſequeſtratoriæ directæ.* 21.
*Formula actionis pignoratitiæ proprie dictæ, &c.* 23.
*Formula pignoratitiæ contrariæ per modum reconventionis.* ibid.
*Formula actionis venditi.* 24.
*Formula actionis ad reſcindendum.* 25.
*Formula reſcindendæ venditionis ex retractu municipali.* 26.
*Forma actionis ex pacto de retrovendendo, &c.* 27.
*Actionis contra venditorem, &c.* 28.
*Actionis intentatæ ad reſcindendum à parte emptoris.* 30.
*Formula actionis conducti.* ibid.
*Actionis locati ex alio caſu.* 31.
*Actionis pro ſocio utrinque directæ.* ibid.
*Actionis mandati directæ, mandantis contra mandatarium.* 33.

*Actio*

INDEX.

*Actio mandati contraria per modum reconventionis.* 34.
*Actio ex ſtipulat.* ibid.
*Actio ex literarum obligatione.* 35.
*Formula actionis non numeratæ pecuniæ.* 36.
*Contractus innominatus qui.* 37.
*Formula Actionis æſtimatoriæ.* ibid
*Actio præſcriptis verbis ex permutatione.* 38.
*Ex articulo Do ut des.* 39.
*Ex articulo Do ut facias.* 40.
*Ex articulo Facio ut facias.* ibid.
*Ex articulo Facio ut des.* 41.
*Formula actionis negotiorum geſtorum directæ.* 42.
*Contrariæ.* 43.
*Femula actionis tutelæ directæ ibid. contrariæ.* 44.
*Actio familiæ erciſcundæ.* 44.
*Communi dividundo.* 45.
*Finium regnandorum.* ibid
*Formula condictionis ex teſtamento legatariis competens.* ibid.
*Ad exhibendum.* 46.
*Condictionis indebiti.* 47.
*Actio inſtitutoria.* ibid.
*Condictio triticaria.* ibid.
*Formula actionis juratoriæ.* 48. *redhibitoriæ.* ibid. *æſtimatoriæ.* 49. *de evictione coniunctim.* ibid. *emphyteutica.* 50.
*Condicto ex L. diffamari.* 51.
*De in integrum reſtitutione.* 52.
*Formula reſtitutionis petendæ ex cauſa propter alienationem judicij mutandi cauſa factam.* 56.
*Actiones criminales, &c.* 57. *Sacrilegij.* 58. *læſæ Majeſtatis.* 59. *Plagiatus.* ibid. *Homicidij.* 60. *Illegitimi concubitus.* 61. *Furti,* 62. *Injuriæ.* 63. *Rapinæ.* ibid. *Damni injuria dati.* ibid. *Vis publicæ & privati* 64. *Falſi.* 65.
*De mandatis.* 66. *cauſa fractæ pacis.* 67.
*Acquirendæ poſſeſſionis interdicta.* 68. *recuperandæ.* 70.
*Formula petitionis hæreditatis.* 71. *querelæ inofficioſi teſtamenti* 72. *condictionis ex l.* omni modo. C. de inoffi. teſtam.

ſtam. 73. *rei vindicationis ſpecialis.* 74. *actionis Publiciana.* 77. *actionis reſciſſoria.* 78. *Serviana vel quaſi.* 79.
*De processu judiciorum novo.* 80.
*De Citatione.* 83.
*De Libello.* *ibid.*
*De Contumacia.* 94.
*De exceptionibus.* 98.
*De Litis conteſtatione.* 109.
*De puncto probationis.* 112.
*De conclusione.* 114.
*De Appellatione.* 133.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369462-p0146-8

Kc 3607

X2614865

VD17 ...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369462-p0147-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369462-p0148-9

…YMI TREUTLERI JC.
… Celeberrimi

# …MENTARIUS …DICIARIUS.

*Sive*

# …A PRACTICA

*In*

… II. Juriſprudentiæ
…MANNI VULTEII.

*…alis Actionum totius Proceſſus, …ùm Dicaſteriorum, tum ſupremi Cameralis Iudicii.*

… raræ eruditionis, & utilitatis …ticis & Jurium Candidatis perutile.

*…ANOVIÆ,*

… CHRISTIANI KLEINII,
*…cobi Laſché,* M. DC. LII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369462-p0149-8
DFG